Ius naturæ

De juribus naturalibus hypotheticis.

Jura nat: hypothetica sunt illa, quæ præter Rnis naturam adhuc factum aliquod supponunt, sine quo ista jura ex entis r. natura cognosci nequeunt; quæ itaque ex entis r. natura sub hyp. certi alicujus facti cognoscuntur dicuntur etiam jura adquisita, quia quum non sint enti r. innata positis quibusdam factis adquiruntur. Facta autem ista, quibus suppositis jura hypoth: naturalia ex natura entis r. cognoscuntur, sunt 2plicis generis, vel sunt facta licita, vel facta illicita. Facta autem licita sunt, vel facta unilateralia vel bilateralia.

Factum enim est manifestatio activitatis externæ, activitatis ex interno e. r. extrorsum prorumpentis, adeoque voluntatis. Voluntas au-

tem ista, cujus activitas ad
adquirendum jus nat: hypoth:
requiritur vel est voluntas u„
nius tantum e.r. vel factum
hoc esse debet consentiens du„
orum ent: rationalium vo„
luntas. In priori casu factum
est unilaterale (: nnifstrany) in
secundo bilaterale (2mistry)
Ista occupatio seu adprehen„
sio rei domino carentis est
unilaterale, pactum autem,
ad quod consensus volunta„
tis promittentis et illius, qui
promissum accepit, requiri„
tur, bilaterale. Factum vero
illicitum, quo posito jus ali„
quod, quod naturae Rnis non
est ingenitum, oritur, est laesio
juris alterius voluntarie sus„
cepta. Hoc facto non illi, qui
actionem hanc ponit, i.e. lae„
denti, sed ei, qui per hoc laedi„

tur, jus oritur novum, scili„
cet jus cŏgendi. Lædenti cum
ex facto injusto jus nullum o„
riri potest, id repugnaret le„
gibus cŏge(ta)ndi, nam esset in
conclusione aliquid, quod non
est in præmissa.
Theoria de jū. nat hyp. dividi„
tur proprie in duas par=
tes, quarum prima agit de
juribus oriundis ex factis
licitis et 2da de juribus o„
riundis ex factis illicitis.

Dĕ jure hypothetico, nascente ex factis lici„tis.

Duum facta licita sunt 2pli„
cis generis, tractatus de ju„
ribus nascentibus ex f. l.
dividuntur in tractatum de
j. nascentibus e. f. l. uni„
lateralibus et in theoriam
d. j. n. e. f. l. bilateralibus.

Dĕ jure nascente e. f. l. unilateralibus.

Quomodo demonstratur jus dominii factum supponit hypothesium?

Quomodo theoria prior, agens de juribus connatis cohęret cum pręsente, quę tractatus d. j. n. hypothi. est? Inter jura naturalia, connata, quę tractat prior theoria, est jus P., primum tenens locum. Istud autem est nil aliud, quam jus externe, libere ac legi c. agendi. Sed hęc ext. l. et legi conf. activitas, ut sit exercitu possibilis, adesse debet objectum, in quod hęc activitas se exercere valeat, quia nulla actio est possibilis sine reactione, h. e. sine aliquo, quod vi agenti resisteret, et hęc resistentia agentis activitatem impediret. Quia autem hęc activitas e. r. ex interno ejus extrorsum tendit, hinc objectum hujus activitatis debet esse extra sphęram e. r. situm, ex qua necessitate jus resultat,

activitatem suam in externa ob-
jecta exercendi, jus in objecta
hujus mundi agendi. Hoc jus
quum cognoscitur ex sola e. r.
natura est connatum naturale.
Quodq vero hæc objecta extra
sph: e. r. sita esse debeant,
fluit etiam ex conceptu objec-
ti: Objectum est illud, quod
e. r. opponitur, ideo non est in
illo, nam si esset in illo, tum
ei non opponeretur. Si autem
objectum est situm extra sphæ-
ram e. r. tum e. r., quousq
hoc objectum extra sphæram
ejus situm fuerit, activitate su-
a attingere hoc objectum et
ideo in illud agere non posset,
ut itaq e. r. sit possibilis ac-
tivitas in objecta externa, hæc
objecta, ut redigantur intra
sphæram e. r. necesse est. Ens
enim r. de quo loquimur non
est infinitum, nam objectum
supponit extra se, et ideo limi-
tatur hoc objecto, si e. r. non
est infinitum, tum activitas ejus

etiam se non extendit in infinitum, sed debet habere quosdam limites; quod itaq trans hunc limitem situm est, e. r. attingere non potest: itaq necesse est, ut e. r. sit possibilis activitas in objecta externa, ut haec objecta intra sphaeram activitatis e. r. redigantur, h. e. ut e. r. cum hisce objectis in talem ponatur relationem, ut e. r. possibile fiat, agendi in objecta mundi externi, huic necessitati consequenter ex natura Rnis fluenti, inest possibilitas id faciendi, quae possibilitas jus est, est itaque e. r. jus objecta mundi externi tanquam liberae activitatis materiam in sphaeram virium suarum redigendi, h. e. possessionem harum rerum adgrediendi. Sed jus istud est tantum possibilitas moralis hanc possessionem adgrediendi, non autem possessio ip-

sarum rerum; hæc possibilitas possessionis differt a possessione ipsa ita, ut quævis possibilitas a realitate, non enim omne, quod est possibile, est quoq[ue] reale; jam autem ab Posse ad Esse non valet conclusio. Jus adgrediendi rerum possessionem est tantum R. (Grund) possibilitatis possessionis, seu quum possibilitas moralis titulus (Rechtstitel) vocatur, jus istud est tantum titulus adquirendi hujus possessionis, est non possessio ipsa. Præter hunc titulum requiritur adhuc modus, quo possessio rerum est: ab ente r. adquiratur. Modus iste, prout ex natura rei intelligitur, erit talis actus, quo efficeretur, ut objectum, quod spectata natura sua situm est extra sphæram virium entis r. in hanc sphæram re-

~~xxx~~ digeretur, seu actus ille, quo efficeretur, ut objectum quod hucusque extra sphaeram e. r. situm erat, in talem erga e. r. ponatur relationem, ut enti r. possibile evadat, in hoc ens agendi. Talis actus erit modus, quo possessio rerum ext: ab ente r. adquiritur. /: Erwerbungsart / et iste actus, quo objectum extra sphaeram virium e. r. situm, intra hanc e. r. vir: sph: redigitur est occupatio / Besitzergreifung /

Occupatio rei efficitur, ut hoc objectum extra sph: e. r. v. situm, in talem cum e. r. ponatur Relationem, ut enti r. physice fiat possibile in hoc obj. agendi. Talis autem entis r. ad rem aliquam relatio, vi cujus enti r. physice evaderet possibile in objectum libere agere, possessio

dicitur seu detentio (Innehabung.)

Nota. Possessio sumitur hic in sen„ su lato. In sensu stricto plus adhuc significat, nam non omne detentum est simul possessum. In sensu stricto ad possessionem requiritur præter talem relatio„ nem, vi cujus e. physice exadit possibile in objecta libere agen„ di, quoq voluntas e. r. rem hanc tanquam suam habendi. S. e. g. quis villam conducit (pachtet) non est possessor hujus villæ, sed tantum detentor (Pächter) /: dzier„ zawca: / nam non habet et eum jure non potest habere volun„ tatem hanc villam pro sua ha„ bendi.

Ista occupatio est tantum ac„ tus unilateralis, i. e. actus so„ lius illius e. r. quod activitate sua rem aliquam intra spha: activitatis suæ rediget, itaque actus sine consensu aliorum. Quum necessitati autem jus

inest, ad illicita autem jus dari non potest, quaeritur, quid requiritur, ut iste occupationis actus, tanquam actus unilateralis, sine consensu aliorum hominum factus, consensu aliorum hominum etsi non autorisatus, tamen sit licitus? – Actus ille talis esse debet, qui nec legi ethicę, nec legi juridicę repugnat. Iste autem actus non repugnat legi ethicę; quum necessitas hujus actus ponendi proxime et immediate ex connato jure agendi in res, remote per hoc ex jure P. et mediante jure P. ex ipsa natura Rnis, quę est pro ente r. suprema lex consequentię instar fluat; ideo hic actus non est vetitus, imo pręceptus.

Ut iste actus autem non repugnet legi juridicę, tanquam unilateralis, consensu hominum aliorum

haud autorisatus requiritur, ut per hunc actum nullius jus laedatur. Ut autem per hunc actum nullius jus laedatur, res ista debet esse talis, in quam nemini /: nec ipsi rei, nec alicui ~~Lector~~ alii / jus competat.¹ Hoc autem objectum ipsum nullo jure gaudere debet; nam si objectum occupandum ipsum jure gauderet, tum sine illius consensu occuparetur et jus illius independenter laederetur, sequitur inde hominem tanquam ens, juribus gaudens, non posse occupari.² Sed, ne in objectum occupandum jus alteri alicui sit quaesitum, requiritur quoque; nam in suo in objecta jure per hanc occupationem laederetur. Sequitur exinde, ut talis occupatio non repugnet legi juridicae, objectum hoc debet esse tale, in quod nec ipsum objectum nec aliquid alterum ens jus habeat. Objecta occu-

pationis igitur sunt tantum ob-
jecta nullius juris (: Jure et do-
minio carentia unmittelbar dem Herrn
losen Dinge.)

§. Quaeritur, cujusnam activitatis
actus iste debeat esse, quo rerum
externarum adquiratur possessio?

Actus iste occupationis, i.e. re-
ductionis obj: intra sphaeram
e. r. debet fieri vel activitate
e. r. occupantis, vel activitate
objecti occupati; nam in actu
occupationis hoc duo entia tan-
tum intrant, unum occupans,
alterum occupatum. Sed activita
entis occupati actus iste poni
nequit, quia objectum est ens
activitati carens, non est acti-
vitas, sed tantum activitatis
alienae materia. Actus igitur is-
te occupationis fieri debet ac-
tivitate e. r. occupantis. Sed
activitas e. r. est 2plex idea-
lis et realis. — Quum autem

2

9

f

Jus naturæ

Quum autem objectum occupan-
dum sit situm extra sphae-
ram e. r. hinc activitas e. r.
per quam istud objectum occupa-
ri deberet, talis esse deberet, quae
ex interno e. r. extra illius
sphaeram tendit, talis autem
est activitas externa seu volun-
tas; prono inde fluit alveo:
Actum occupationis fieri pos-
se ac debere voluntate entis
rationalis.
Quamvis autem actus occupa-
tionis sit actus voluntatis,
activitas tamen intellectus, quam-
vis interna sit, cooperari de-
bet ad objectum occupandum;
voluntas enim tantum cognitio-
nibus regitur, cognitiones autem
rerum fiunt mediante intel-
lectu.
Ex eo, quod actus occupationis
sit actus voluntatis, sequentia
fluunt:
Quum voluntas sit activitas en-
tis r. extrorsum tendens, ens autem

rationali activitatem suam extrorsum tendentem in objecta huic activitati obstantia aut opposita, adeoque in objecta externa, tantum mediante corporis efficacia exercere potest, etiam actus occupationis tantum mediante corporis efficacia in objectum occupandum exercenda fieri potest.

Haec corporis subjecti occupantis efficacia in objecto occupando exercenda, exerceri potest vario modo, vel apprehensione corporis, vel inclusione vel separatione aut obductione sepe vel etiam redactione hujus obj: intra vires corporis, adeoque possessio corporis physica. Possessio corporis physica non indispensabiliter necessaria ad objectum occupandum; ad objectum occupandum requiritur quodam tantum cor-

poris efficacia, ut autem ista cor-
poris efficacia physica sit, non
est omnino necessaria.
Hac corporis in has res effica-
cia signatio dicitur. Hinc ad
occupationem obj: praeter vo-
luntatem, objectum hoc tanquam su-
um habendi, requiritur etiam
quaedam hujus corporis signa-
tio. Nam actus voluntatis
sunt aliquid invisibile, hinc
aliis entibus r. non innotes-
ceret, objectum hoc jam esse
ab alio aliquo ente r. occupa-
tum. Ideo requiruntur signa
externa, seu signatio, per quam
voluntas ista entis r. occupan-
tis objectum occupatum tanquam
suum habendi, aliis personis
innotesceret. Ut autem ex hac
signatione voluntas e. r. oc-
cupantis objectum tanquam
suum habendi, innotescat, re-
quiritur, ut per hanc signa-
tionem rei occupandae talia sig-

na imprimantur, quæ a natu-
ra huic rei non insunt, et quæ
perdurantia sunt. Voluntas
enim e. r. occupantis, per
hanc signationem rei occupa-
tæ impressa aliis personis in-
notescere debet. Voluntas au-
tem non est transitoria, sed
perdurans, homo occupans rem,
eandem in perpetuum vult
habere, hinc et signa, ex quibus
voluntas his aliis personis inno-
tescat, permanentia sint, ne-
cesse est.

§. Ex dictis jam prius patet, quæ-
nam sint rerum occupandarum
adquisita, seu quænam entia
occupari queant.

Ut enim ens aliquod licite occu-
pari queat, necesse est:

1. Ut hoc objectum sit nullius juris.
2. Ut activitate entis r. occupan-
tis possit redigi intra sphæram
virium ejus, h.e. ut in talem

cum ente r. relationem veniat, ut huic enti sit possibile activitatem suam liberam in hoc objectum inclusive exercendi et

3. Ut hoc objectum, quum signari debeat, capax sit signorum recipiendorum h. e. signale sit.

Ex eo sequitur nulla objecta occupationis esse

1. Illa entia, quæ
   a Ipsa juribus gaudent, adeoque personæ, quia per occupationem læderetur jus eorum independentiæ et
   b. Entia, quæ jam sunt alicujus, nam in occupando læderetur illius jus, cui in objectum hoc jam prius jus quæsitum est.
2. Objecta, quæ intra vires e. r. redigi non possunt. e. g. magnus oceanus.
3. Quæ perpetue signari non possunt e. g. mag: oceanus.

J. Quisnam est finis, cujus gratia
R. adeoq lex e. r. jus concedat
objecta externa occupandi?

Finis et quidem proximus est, ut
e. r. in hoc objecta per ipsum
occupata externam lib. et legi
conformem activitatem suam
seu j. P. exercere valeat, re-
motus autem finis occupan-
dorum objectorum externorum
est iste, qui est finis hujus ext.
lib. leg. conf. activitatis seu jus P. Fi-
nis autem hujus externae l. l. c.
activitatis est, ut R. intuendo
hanc suam activitatem semet
ipsam intueri et hoc mundo
sui sibi conscia fieri possit,
ideo etiam idem finis ultimus
erit hujus juris. Sed quum ens
r. occupans sit ens individuum
h. e. totum per se existens, ab
aliis separatum, hinc ut e. r.
in activitate sua libera, in

res per ipsum occupatas exer„
cenda, sui tanquam individui
conscia fiat, necesse est, ut ei
sit facultas, seu jus activita„
tem suam liberam in objectum ab
ipso occupatum solam exercen„
di et activitatem omnium e. r.
ab hoc objecto excludendi; ideo
necesse est, ut ei jus sit, in
objectum a se occupatum ex„
clusive agendi, quia si in ob„
jectum a se occupatum etiam
aliis entibus r. agere liceret,
tum activitas e. r. occupan„
tis objectum, in eodem objecto con„
funderetur, cum activitate re„
liquorum e. r. ens igitur r.
activitatem in objecto intuen„
do, non intueretur illam so„
lam, sed illam confusam cum
activitate reliquorum entium
r. hinc intuendo activitatem
suam, adgrederetur conscienti„

am sui, sed non tamquam in-
dividui, sed tamquam par-
tis alicujus totius, non intue-
retur individualitatem suam
ita, ut gutta cadens in oceanum
cum reliquis confunditur guttis
et jam non tanq. individuum
existit. Ita ut e. r. sui tanq.
individui evadat conscium,
necesse est, ut ei jus sit, ab ob-
jecto per illud occupato acti-
vitatem omnium reliquorum
entium r. excludendi, seu
jus in obj: per se occupatum
exclusive agendi, finis itaq. oc-
cupationis rei est, ut e. r.
sit jus, in res has ab ipso oc-
cupatas externe, libere et ex-
clusive agendi.

Jus alicui subjecto competens, in
rem aliquam libere et exclusi-
ve agendi, juxta suum judicium seu jus e. r. compe-
tens de re aliqua arbitrarie
juxta suum judicium et exclusive disponendi, est

jus dominii.

§. Quaeritur nunc, an per occupationem rei, jus dominii e. r. actu adquiratur.

Per rei occupationem, res occupata redigitur intra sphaeram voluntatis e. r. hoc ergo modo fit e. r. possibile, in rem hanc exercendi activitatem suam, et quidem activitatem liberam, nam intra sphaeram voluntatis e. r. libertas regnat. Ast haec possibilitas, quam e. r. adquirit, in rei occupatione est tantum physica possibilitas; jus autem est possibilitas moralis, quaeritur itaq, an e. r. adquirat simul possibilitatem moralem adeoq jus in res occupatas libere agendi?

Adquirit.

Nam exercendo in rem a se occupatam totam activitatem suam nulli adversatur legi mo-

rali, nec legi ethicæ, nec legi ju-
ridicæ. Non ethicæ legi; quia
necessitas externe, l. et l. con-
formiter agendi in res externas,
consequentiæ instar ex lege e-
thicā fluit, nam fluit ex con-
ceptu Rnis; Non repugnat legi
juridicæ, nam legi j. repug-
nant tantum illi actus, per
quos jus alicujus læditur, per
occupationem autem rei nul-
lius juris, nullius jus læditur.
Ad actus autem ponendos, qui
nulli legi morali repugnant,
e. r. jus est, hinc jus est e. r.
exercendi ext. s. activitatem
in res ab ipso occupatas.
Quia autem hæc res per occu-
pationem est redacta intra
sphæram e. r. occupantis,
quodcumq aliud ens, si occu-
pare vellet hanc rem, intrare
deberet in sphæram e. r. occu-

pantes illo invito, intrare autem in sphæram juris entis est ejus jus lædere. Nunc cuivis enti r. est jus læsionem a se avertendi, inde etiam e. r. est jus, activitatis alienæ in objectum a se occupatum avertendæ. Tale jus autem est jus in obj: exclusive agendi. Ergo etiam jus ex: agendi ens r. occupando adquirit.
Hinc per occupationem rei nullius adquirit e. r. jus in rem hanc libere, externe et exclusive agendi. Tale autem jus est jus dominii, ergo e. r. occupando rem, tamquam suam habendi, adquirit vere jus dominii.
Jus dominii est naturale, quia ex natura entis r. cognoscitur, est hypotheticum, quia nisi supposito facto occupationis adquiritur. Etiam jus D. rei alicui,

jus est hypotheticum jus, supponit enim pacti factum.

§. Si autem res aliqua, tantæ esset extensionis, aut protensionis, ut simultaneis, attamen separatis omnium entium r. sufficeret usibus, i: e. res tantæ extensionis et protensionis, ut omnia e. r. liberam suam activitatem in hanc rem eodem tempore quidem, attamen seorsim exercere possint, relate ad talem rem cessaret ratio necessitatis, rationis necessitas, rem hanc exclusive occupandi et possidendi: res tante autem sine necessitatis, cessat necessitas ipsa, quia autem jus in necessitate fundatur, hinc exularet quoque jus talem rem exclusive occupandi et possidendi. —

Res, quæ simultaneis et tamen

3

17

9

Jus naturę

v

La goya

et tamen omnium e. r. separa-
tis usibus sufficiunt, dicuntur
res inexhausti usus. Unde fluit res
inexhausti usus non posse occu-
pari. – Tales res sunt: Magnus
oceanus, lumen solis, aër atho-
mosphericus.
Sequentes itaq classes entium
non possunt occupare: (: vide priora)
1. Personæ, quum sint jure gau-
dentes,
2. Res jam dominum habentes.
3. Quæ non possunt intra sphæ-
ram occupantis redigi,
4. Res signationis perdurantis
incapaces et
5. Res inexhausti usus.
Omnes reliquæ res occupari pos-
sunt.
§. Hoc modo deducta est qualitas
occupandi valentium, sed dedu-
cenda esset adhuc quantitas
rerum occupandarum, scilicet
quæritur adhuc quantinam re-
rum uni e. r. occupare licet? –

Estne hoc jus rerum occupandarum illimitatum aut limitatum?

Qui jus hoc rerum occupandarum limitatum esse putant, sequenti utuntur argumento: "Jus res adquirendi, fundatur in jure se conservandi. Quia e. r. jus habet suam existentiam conservandi, res autem externae sunt media ad hunc finem, hinc e. r. habens jus ad finem, debet habere jus ad medium, scilicet jus rerum adquirendarum et possidendarum. Sed Rnatum latius patere nequit sua Rne, hinc etiam jus rerum possidendarum et adquirendarum latius extendi nequit Rne ejus, scilicet necessitate conservandae vitae suae; hinc non licet homini plures res adquirere et possidere, quam quantum ad conservandam vitam sunt necessariae. In hoc casu conservatio vitae est

est limes, illæ tantum res adquiri et possideri possunt, quæ ad conservandam vitam sunt necessariæ, et quum natura paucis sit contenta, hinc vita paucis conservari potest, hinc una tantum res adquirenda. —

In hoc argumento præmissa, ac si jus rerum adquirendarum et possidendarum fundaretur in jure se conservandi, non est vera, nam jus rerum habendarum proxime ~~fluit~~ fundatur in jure P. i. e. in jure exercendæ in hoc mundo lib. externæ et l. c. activitatis; quia e. r. hoc jure gaudet, hoc autem exercitu sine objectis, in quæ tanquam in materiam activitatem suam exerceret, esset impossibile, ideo fluit necessitas, adeoque jus rerum externarum tanquam materiæ, in quam illa libertas externa e. r. exerceri posset adquirendarum.

Fundamentum igitur juris, rerum adquirendarum est jus exercendi in hoc mundo ext: lib: et legi conformem activitatem seu jus P. i.e. jus fines activitati suae sibimet ipsi statuendi, hosque ipse realisandi. Istud autem j.P. nec quantitate, nec qualitate finium limitatur, nec *duratione*, omnes possibiles, sed non illicitos fines, licet e. r. sibi praefigere et realisare, quorum finium infinita multitudo cogitari potest; hinc multitudini finium debet respondere massa objectorum, in quibus fines isti realisari possunt. *Hinc jus rerum adquirendarum nullo certo limite definitur*."

Objectio. "Si jus rerum habendarum non esset finitum, fieri potest, ut usu hujus juris omnes res ab uno ente r. occupentur ita, ut pro aliis entibus r. nil

superesset, in quo illa liberam acti„
vitatem consequenter j. P. exercē„
re possent."

Refutatio. "Talis rerum adqui„
rendarum usus, ab u„
no ente r. factus, fundate me„
tueri nequit, quia nec tempus, nec
vires unius e. r. sufficerent, ad
omnes in hoc orbe terrarum
reperibiles res occupandas, nam
ad occupandum requiritur actus 1.
voluntatis; voluntas autem cog„
nitionibus regitur, hinc ad possi„
bilitatem omnium rerum occu„
pandarum, requiritur omnium
rerum cognitio; Sed an cognitio
omnium rerum uni enti est
possibilis? Si autem etiam hoc
esset, tunc et hoc cognitio non„
dum sufficeret ad res occupan„
das, sed requiritur corporis in
has res efficacia, seu signatu„ 2
ra. Sufficientne autem vires
universa unius e. r. ad omnino
omnes res signandas? Sed si om„
nes unius entis vires ad signatio„

nem sufficerent, tunc istud incommodum, quod ex tali occupatione pro alio e. r. oritur non tollit prioris jus, nam justitia vel injustitia non ex commodo vel incommodo in aliquem inundaturo, sed ex aliis argumentis sequitur.

Objectiones.

"Omnibus e. r. est jus aequale atque connatum in res, h. e. omnia e. r. habent idem jus connatum res adquirendi, quia res istae sunt conditiones exercendae in hoc mundo liberae activitatis; hinc entia r. habentia in hoc mundo jus est. l. suam activitatem exercendi, debent quoque habere medium ad exercendum hoc jus, scilicet jus ad res. Ideo hoc jus est omnibus e. r. aequali gradu competens, nam R. seu fundamentum hujus juris est natura Rnalis et hoc in omni e. r. est prorsus

eadem, fundamento autem hujus juris in omni ente eodem manente, etiam fundatum idem manet, adeoq id jus est omnibus æquale. Si itaq unum ens aliquod rat. unilaterali actu voluntatis, non impetrato et non obtento prævie omnium reliquorum entium r. consensu, rem aliquam occuparet, et eam sibi exclusive reddere vellet propriam, læderet æquale jus omnium entium r., ideo non licet uni enti r. rem aliquam, quamvis domino carentem occupare sine obtento omnium reliquorum entium r. consensu. —
Ista argumentatio videtur fortissima esse, re autem funditus examinata prodit, in hoc ratiocinio esse fallaciam. Jus istud rerum adquirendarum tunc foret impedimento adquirere aliquam

rem exclusive sine consensu aliorum e. r., si hoc jus generi humano tanquam uni personae morali competeret. *)

*) Res exemplis clarior evadit. Si pater relinquit aliquid tribus liberis suis, tunc una proles absque consensu reliquorum argumentum arguere non potest, necessario ad id consensus reliquorum prolium requiritur. Ast cogitemus nobis in loco aliquo nundinas. Hic jam non requiritur consensus omnium e. r. Jus aquirendi rem competit singulis. Quid R. est discriminis? In primo exemplo jus ad res mortuo patre relictas, delatum est non singulis prolibus seorsim spectatis, sed omnibus unius instar, in secundo exemplo jus competit non toti multitudini tanquam uni, sed cuivis singulo. —

Hoc autem jus competit singulis, quia si tantum unum ens sensitivo = rationarium in mundo esset, jus hoc externas res habendi semper haberet, nam jus hoc est conditio exercendi juris exercendæ liberæ activitatis, quod jus enti r. jam in conceptu sumto competit. Hoc jus rerum habendarum et adquirendarum non competit generi humano, unius instar sumto, sed singulis, ideo homo singulus non indiget consensu entium reliquorum, quia si ad faciendum hujus sibi juris connati usum indigeret consensu isto, tum esset a natura (: non Autore nat. :) dependens ab activitate reliquorum hominum, quod repugnat juri independentiæ, a natura cuilibet homini innato, dependentia ab arbitrio alterius, praescisso omni facto, cogitari nequit. —

Istud jus omnibus et singulis e. r. connatum res adquiren„ di; non impedit, quo minus singulum aliud e. r. possit uti hoc jure rerum adquir: et usu hujus juris, res revera possi„ dendi, quin consensum habe„ at omnium reliquorum enti„ um r:


§. Opinio eorum non est ~~revera~~ qui sustinent, in statu ante civili h. e. in statu ortum ci„ vitatis antecedente, nulla re„ rum dominia extitisse, sed pri„ mum conditis civitatibus, vo„ luntate imperatoris, in qua singulorum voluntas concen„ trata est, rerum dominia or„ ta esse."

Dominia rerum /: ut id videmus in theoria de adquir: jure D: / quę adhuc nullius sunt, quę ergo in primitivo statu exis„ tunt, adquiruntur unilaterali e. r. activitate, scilicet occu„ patione; modus iste adquirendi

Dominium rerum nullius est modus originarius acq: D: etiam absolutus dictus (: Ursprüngliche Erwerbungsart :) quia status ille, in quo res tanquam nullum dominium habentes cogitantur, est originarius status; status enim originarius ille est, in quo e. r. et res externae tanquam activitatis entis r. objecta tantum in conceptibus suis, seu prout in se sunt, cogitantur, status autem ille, in quo entia r. non amplius prout in se sunt, sed tanquam jam evoluta cogitantur, est status hypotheticus, quia nonnisi sub conditione factae activitatis entis r. seu evolutionis locum habet. Si itaq cogitamus entia r. et res externas in statu originario i.e. in statu, qui omnem activitatem entis r. antecessit, quaeritur, ubi in tali statu debeant res cogitari, an de-

beant cogitari extra sphæram entium r. an intra eandem.?

Dico extra sphæram e. r. esse quærendas res, nam si hæc duo, entia et res, prout in se sunt, in conceptibus suis cogitamus, tunc ex conceptibus istis sequitur, objectum debere cogitari, tanquam aliquid extra sphæram entis r. existens, nam objectum est illud, quod activitati entis r. extrorsum tendenti, adeoque activitati entis r. ex illius interno prorumpenti, opponitur, hinc prout hæc activitas entis r. extra e. r. tendit, ita etiam id, quod huic activitati opponitur seu objectum extra e. r. sit oportet. In statu igitur originario nullum objectum reperitur intra sphæram e. r., sed in illo statu est omne extra sphæram entis r. Si res se ita habet, quod in statu originario quo-



4 25

h

Jus naturæ

quodvis objectum necessario cogi„
tari debet, tanquam extra sphæ„
ram entis r. existens, tunc per
necessariam inde fluit conse=
quentiam in statu illo origi„
nario nullum rerum domini„
um extitisse, nam dominium
est jus seu facultas, entis r.
in rem aliquam libere et ex„
clusive agendi, jam autem en„
ti r. in rem aliquam libere
et exclusive agendi, tantum
sub hac conditione est possi„
bile, si hæc res intra sphæram
e. r. redacta est, quia quo„
usq hæc res extra sphæram
virium e. r. sita est, e. r. hanc
rem activitate sua attinge„
re, consequenter in eam agere
non potest, consequenter domi„
nium in rem extra sphæ: vi„
rium e. r. sitam, adeoq non„
dum intra sphæram ejus
activitatis redactam, esse ne„
quit, quum autem in statu
originario, res tanquam acti„

activitati entis r. objecta non intra, sed extra sphæram e. r. cogitari debeant, hinc statu il„ lo absoluto, nullum rerum dominium fuit. Si hoc verum est, tunc per necessariam flu„ it consequentiam, in statu o„ riginario omnia naturæ producta fuisse in condomi„ nio totius generis humani ad„ eoque fuisse bonum omnium entium r. comune; hoc non est verum, nam condominium est dominium unius ejusdem„ que rei, pluribus personis si„ mul ac indivisibiliter compe„ tens; quod ergo valet de domi„ nio, id valet quoq de condo„ minio, nam quod valet de ge„ nere valet etiam de specie, condominium autem est spe„ cies dominii: atqui domini„ um illud in statu orig: non dabatur, ergo nec condomini„ um datur, non existente igi„ tur in illo statu originario rerum condominio, verum

etiam non est, dominia rerum singularum privata orta esse facta illius dominii comunis divisione mutuo omnium entium r. consensu. Si autem condominium est hypothesi cum sine ulla ratione assumptum, ita et ista divisio est hypoth: sine ullo fundamento assumpta. Etsi hec f. hypothesis, tanquam vera acceptaretur, sequeretur inde, nullum securum rei alicujus dominium ab aliquo adquiri posse. Si enim omnes res in statu originario fuerint bonum totius generis hum: comune, tum non liceret singulis hominibus rem aliquam ex hac communione excindere, et sibi eam propriam habere, absque omnium hominum consensu, ideo requiritur consensus non tantum presentium, sed etiam omnium futurorum hominum, nam et futuri homines omnes, prop

ter identitatem personae i. e. propter aequalitatem Rnis, eadem jura haberent; hinc quivis homo recenter natus, jus haberet, impugnandi divisionem rerum, qualis nunc est, quivis homo recenter natus, jus haberet novam rerum divisionem postulandi, quivis itaq homo, timere deberet, ut quivis recenter natus divisionem rerum impugnaret, praesentem, novamque postularet, <u>nullum itaq rei alicujus dominium securum adquiri posset.</u>

Quaestio, cujusnam boni [illegible] sit, scire, quis fuerit modus originarius adquirendi rerum dominium — non est mera subtilitas theoretica, sine ullo usu practico, sed habet practicum usum. Dominia enim rerum nunc existentia, debent habere aliquod firmum juris fundamen

tum, in inquirendo autem dominii[4], juridico[2] fundamento[3] debet perveniri, ad quoddam ultimum fundamentum, et hoc ultimum fund: tunc primum invenietur, si in hac retrograda serie pervenietur ad talem possessorem, qui rem hanc modo originario possidet. Nesciretur autem sine notione hujus modi originarii adeoque r. d. discrimen, quando jus D. modo originario adquisitum, et quando ab alieno h. e. modus derivativus ab originario d: esse non potest. N

Deducto fundamento juris dominii, scilicet titulo juris D. et modo, quo hoc jus adquiritur, transit autor ad ostendendas <u>juridicas adquisiti dominii sequelas</u>.

<u>Titulus</u> adquirendi dominii modo originario est commune hominum

jus in res externas, sunquam li„
bere et legitime externe activita„
tis materiam, et modus, quo jus
D. adquiritur, est occupatio. —

De juribus consectariis juris Dom: seu de Dominio in specie.

Finis adquisiti juris dom: rei
alicujus est usus, ut e. r. in rem
hanc liberam et legitimam ac„
tivitatem suam seu J. P. exer„
ceat, h. e. ut ens r. fines, quos
sibimet ipsi, praefigendi jus ha„
bet, activitate sua libera, in
res, quarum dominium adqui„
ritur, exercenda, realisare queat.
Quia autem fines illi legitimi
infiniti cogitari queant, hinc
etiam inf. multae activitates e.
r. cogitari possunt, quibus in
res, quarum dom: habet, exercen„
dis, fines isti realisari queant.
Ad omnem talem activitatem,
quibus fines licili realisari pos„
sunt, e. r. jus habet, ideo jus

D. potest cogitari tanquam complexus infinite multorum jurium, sc: complexus omnium jurium, quibus fines haud illiciti realisari possunt, qui in res, quarum dominium habetur, exerceri possunt.

Omnia autem hoc jura, quibus fines liciti, realisari possunt activitate in res, quarum dom: habetur, exercenda, possunt reduci ad hoc 3 cardinalia jura, sc:

I. Ad jus possidendi, tum ad
II Jus utendi fruendiq seu dominii utilis et
III Ad jus in substantiam rei ipsius, seu ad dominium directum.

Quomodo hoc demonstratur?

Hoc sequenti ostenditur modo.

1. Finis juris dom: iste est, ut e. r. activitate sua legitima in rem, cujus dominus est, exercenda, fines, quos sibi praefixit ipse, realiset. Sed activita-

tem suam in rem, cujus dominus est, e. r. exercere tantum sub hac conditione potest, si homo eam inter sphae: virium suarum redigerit, et intra eandem retinuerit, haec autem intra sph: virium suarum retentio dicitur possessio, hinc possessio rei est necessaria conditio juris, exercendi in has res jus P. Huic autem necessitati inest possibilitas moralis, seu jus, rem possidendi.

§. Dominus itaque rei alicujus, jure gaudens rem haud possidendi, habet jus omne aliud e. r. a possessione hujus rei excludendi, quia si quis habet jus aliquod, debet ei competere jus, impedimenta huic juri obstantia removendi, nam R. contradiceret sibi, jus concedens, si non daret jus, impedimenta removendi. Habens itaque

e. r. jus, rem, cujus dominus est, exclusive possidendi, habet etiam jus, si hæc res eo invito in alicujus possessionem devenit, eam ab hoc altero vindicandi: Quum autem juri ex una parte correlata est obligatio juridica ex altera parte, hinc juri domini rem suam exclusive possidendi, correlata est obligatio juridica a parte omnium reliquorum e. r. a possessione hujus rei domino ejus invito devenientes abstinere, et juri domini, possessionem rei suæ a se ad tertium aliquem se invito devenientem, vindicandi, correlata est obligatio juridica a parte omnium rem domino invito possessam vindicante, restituere.

Q. Finis juris D. est, ut e. r. activitatem suam liberam et legitim: in rem certam exercen„

do, fines suos, quos sibi praefi-
xit, realiset. Isti autem fines,
quos e. r. sibi praefigere potest,
sunt 2plicis generis: necessa-
rii et arbitrarii

Necessarii fines illi sunt, quos ju-
bente lege morali non potest
sibi non praefigere, sed debet
praefigere, fines ergo lege prae-
cepti sunt necessarii; fines au-
tem, qui legi nec praecipiun-
tur, nec prohibentur, sed ar-
bitrio entis r. statuuntur, sunt
fines arbitrarii. Ista sustenta-
tio vitae victu et amictu ho-
mini finis necessarius est, nam
homo ad eum Rne obligatur,
est quem victum, quemque a-
mictum homo sibi comparet,
R. non praecipit et sunt fines
arbitrarii. Utriusque generis fi-
nes e. r. realisabit, exercendo
legit: liberam activitatem su-
am in res, quarum dominus
est, jus entis r. realisandi fi-


res necessarios activitate sua in res, quarum dominus est, exercenda, est jus his rebus utendi. Jus autem entis r. realisandi fines arbitrarios activitate sua in res, quarum dominus est, exercenda, est jus his rebus fruendi.

In jure D:, itaque continetur quoque jus utendi fruendique his rebus, seu in j: D: continetur etiam Dominium utile.

Quivis itaque hujus juris dominus jus habet, non tantum necessarios, verum etiam arbitrarios, ast tamen non illicitos rerum usus habendi, nam ad illicita jus dari nequit. Usus illiciti rerum essent illi, per quos illiciti fines realisarentur, jam autem R. jus ad realisandos illos fines non concedit, nam prohibere debet illicita, et non potest id permittere, quod prohiberet. – Qui ita

que juris dominus utilis, i. e. dominio omni rei usu non illicite: i. e. non tantum necessario, sed et arbitrario i. e. non tantum ad necessitatem, sed et ad voluntatem (zum Vergnügen) uti et frui potest, imo habet quoq jus, usum in rem, ad quam jus habet, in aliud tempus differre, habet ergo etiam jus, re sua non utendi, sed in aliud opportunius tempus differendi.

3. Sed quia enti r. jus est, omnes suos non illicitos fines activitate sua in res, quarum dominus est, exercenda, realisandi, fieri autem potest, quod realisatio finis alicujus, nonnisi sub hac conditione est possibilis, ut substantia rei ipsa mutetur, aut plane destruatur: hinc e. r. habens jus ad talem finem realisandum, habere debet quoque jus ad medium realisatus hujus finis, scilicet ad



Jus naturæ

5.

33.

c.

E.

ad mutandam aut plane destruen-
dam rei substantiam ipsam, imo
realisatio finis, alicujus potest exi-
gere, ut rem ex libertatis suæ
sphæra excludat et permittat,
ut in sphæram alicujus alterius
entis r. perveniat adeoque realisa-
tio finis exigere potest ipsam
rei alienationem, adeoque e. r. jus
habens ad finem, jus quoque ha-
bere debet ad medium sc: ad a-
lienationem ipsius substantiæ.
Sic e.g. postulat R. sustenta-
tionem vitæ medium, ad id
sustinendum est panis, ast
panis ex farina, hæc ex gra-
nis formatur, hinc debet e.r.
jus esse, grana in farinam
mutandi, vel si postulat fi-
nis, eandem vendendi. Hinc
quum finis juris D. sit, finis
quos e.r. sibi præfiget, rea-
lisandi, realisatio autem postu-
lat dispositionem de rei sub-
stantia, hinc etiam e.r. jus ha-

bet de materia illa disponendi, eam immutandi aut destruendi aut alienandi. Jus de substantia rei ipsius disponendi dicitur <u>Dominium directum</u> /: Eigenthum./ In jure D: continetur et D: directum. Ista in jure D: continetur:

I. Jus possidendi
II. Dominium utile seu jus utendi fruendique
III. Dominium directum seu jus in substantiam rei ipsa. —

Omnia itaque in jure D: continentia jura reduci possunt ad tria haec jura cardinalia: <u>Jus possendi, jus utendi fruendique et jus in substantiam rei ipsam</u>. — Si haec tria in jure D: continentia jura cardinalia, in uno subjecto sunt unita, tunc istud subjectum dicitur, habere <u>dominium plenum</u>, si autem haec tria jura cardinalia inter diversa subjecta distribuantur ita, ut unum eorum habeat jus rem

possidendi, utendi et fruendi al-
ter autem jus D: diversum, in
hoc casu est D: diversum et
quodvis subjectorum habet D:
minus plenum; et in hoc casu
si D: est divisum subjectum,
cui competit, jus possidendi et
D: utile, habet idem jus, omnem
possibilem rei usum faciendi,
salva autem substantia.

"Sed quaeritur, utrum haec divi-
sio D^ii in Dominium ple-
num, et Dominium minus
plenum sit fundata in jure
naturali, vel forte haec divi-
sio originem suam debet ju-
ri positivo.[2]"

Ratio dubitandi de eo, quod
fundamentum hujus juris
sit j: naturale hoc est.

"Si quis alteri jus concedit,
faciendi de hac re sua om-
nem juridice possibilem u-
sum, tum praebet ei jus ad
exercendas in rem hanc omnes

illas activitates, quarum exer-
cendarum materiam res hoc
praebere potest. Concedendo i-
taque dominus tale jus in rem
alicui alteri, talem hujus rei
usum massam includit, sphae-
res libertatis alterius ita, ut pro
ipso nil in hac re supersit, in
quod liberam suam activita-
tem exercere posset. Domi-
nus itaque concedendo alicui al-
teri jus, faciendi omnem possi-
bilem usum salva substantia,
exuit se ipsum jure in hanc
rem exercendi suam liberam
activitatem, et quum ad jus D:
essentialiter requiratur facul-
tas, in hanc rem liberam su-
am activitatem exercendi, hinc
dominus transferens utile D:
in rem alteri, exuit se ip-
sum jure D: hujus rei. Si
enim tamen vellet exercere
in hanc rem liberam suam

activitatem, quamvis inclusit sphaerae activitatis alienae, hinc deberet ingredi nunc sph: activitatis hujus alterius et ideo ejus jus jam laederet, ageret injuste, ad quod jus non datur. Dominus itaq utili rei suae dominio translato in alterum manet Dominus nihili. — Sed tantum, si quis dominius utile rei D: in alterum aliquem in perpetuum transferret, in eo casu merito dici potest, dominum hujus rei se omnis in hanc rem juris exuisse, at si utile D: alteri non in perpetuum, sed tantum ad certum tempus transtulit, tunc tantum tempore hoc durante dominii in rem se exuit, at D: elapso hoc tempore hujus rei dominii redit, nam conditio juris D: pro alieno elabitur; hinc tantum in hoc casu et quidem

tantum ad tempus, ad quod D. rei alterius habet, dici potest Dominus hujus rei, dominus nihili; in casu, si tantum ad certum tempus id dom: transfert, nequit dici dominus nihili.

In vita practica secundum jus positivum, ne dominus directus, translato omni utili dominio in alterum sit dominus nihili, dominus utilis domino directo ad recognitionem /: Anerkennung :/ domini directi solvit aliquem censum, qui census canon dicitur.

Si D. unius ejusdemq rei indivisiq pluribus personis unius instar sumtis (seu in concreto spectatis) competit, in eo casu est condominium. Ita si moriens pater relinquit 3 proles, tunc D. rerum patris, morte ejus transit in 3 proles indivisum; hæ 3 proles habent con-

dominium. Si autem D.um alicui jus rei uni individuæ personæ totum competat, tunc est D: solitarium.

Hinc in condominio supponuntur plura dominii ejusdem rei indivisæ subjecta. In tali condominio ista subjecta, quibus junctim spectatis dominium unius ejusdemque rei competit, dicuntur condomini. Quivis condominus habet jus in rem, at non in totam, sed tantum in partem hujus rei, quæ pars nondum physice est determinata, quia res indivisa supponitur.

Quale jus competit condominis?

Omnibus condominis unius instar spectatis competit D: plenum totius rei; omnes igitur condomini unanimi consensu possunt de tota re valide disponere, at condominis seorsim spectatis jus D: tantum in partem

hujus rei competit, reliquę au-
tem partes constituunt pro-
prietatem reliquorum condo-
minorum, hinc quisvis tantum
de illa parte, cujus est domi-
nus, disponendi jus habet,
quia tantum hęc c̄omunis
pars rēi ejus constituit, hinc
si vellet de reliquis partibus
disponere invitis suis c̄ondo-
minis lęderet dominos ho-
rum partium, ad lęsionem
autem nemini jus est, hinc
non est jus domino, alic̄ujus
totius partis dispositionem
partis domino invito facere.—

Quomodo oritur condomini-
um?

Quum condominium sit spe-
cies Dii, hinc, quod valet de
dominio generatim, valet etiam
de c̄ondominio tanquam Dii
specie. Quibus ergo modis D.
oritur, iis quoque modis et condo-

minium oritur. Jam autem D: duobus oritur modis, modo originario et modo derivativo; originario modo scilicet occupatione seu adquisitione Dii rei, quæ adhuc nullum dominum habet, modo derivativo, sc: pacto, nam Dom: rei, quæ adhuc non est nullius, non potest aliter adquiri, quam adsentiente illo, qui possidet hanc rem. —
Hinc et condominium adquiritur et duplici modo, vel modo originario vel pacto. (derivativo:)

I. Condominium adquiritur modo originario tunc, si plures personæ unam eandemque rem et eodem prorsus tempore occupant, tunc etiam si plures personæ connato jure res utendi in rem aliquam eodem tempore utuntur e. g. in detectione.

II. Condominium adquiritur modo derivativo, si aliquis rei alienæ jus dominus mediante pacto cum alia persona inito, hanc

pers: ad comunionem hujus rei admittit e.g. Si uxor ducitur, et pacto, uxor marito ex pro„dam, quam habet, comunionem admittit, oritur condominium pacto.

IV. Sed potest conD: oriri accessione, quæ oritur.

α. Si res, quam quis possidet, quocumque modo augumen„tum capit, quod augumentum accessio dicitur e.g. – Si vacca vitulum edit in lucem, vitu„lus iste est accessio, nam est augu„mentum, quod vacca recepit.

β. Etiam si res diversis dominis propriæ ita uniantur, ut iam nequeant discerni e.g. si quis meum vinum cum suo misce„ret, tum hæc mixtura nec me„um solum, nec alterius esset proprium, sed utriusq: et esset conDc. accessione ortum. (De hac accessione adhuc inferius dicetur)

Quum juri ex una parte corre„lata sit obligatio juridica ex altera parte, hinc juri Dc. rem

suam exclusive possidendi cor-
relata est juridica obligatio om-
nium eorum, ad quos hoc res absq
domini consensu pervenit, rem
hanc domino repetenti et D:
suum probanti, restituendi: ideo
quod res eo invito ex ejus D:
egressa est physice, dominus D:
non amisit; nam D: tantum
voluntate amititur, si nimi-
rum dominus rem hanc ex sua
libertatis sphæra excludit vo-
luntarie, seu ut recentiores juri-
um doctores id exprimunt, si
dominus voluntatem suam rem
hanc tanquam suam habendi,
huic rei impositam ab hac re
retrahit: nam D: rei adquiri-
tur per occupationem, occupa-
tio autem est voluntatis actus,
per quam res intra sphæram
e. r. occupantis venit, hoc ac-
tu ens occupans voluntatem
rem hanc tanquam suam ha-
bendi, huic rei imponit, eo usq

igitur, quousq voluntas, rem tan-
quam suam habendi huic rei
infuerit, eo usq aliis entibus
non licet, suam voluntatem
huic rei imprimendi, nam in-
vaderent in sphaeram juris a-
lieni, et eum laederent. Si ita-
que prior dominus suam vo-
luntatem ab hac re retrahit,
hanc rem ponit in statum
pristinum, in illo pristino sta-
tu res haec fuit ab omni tali
voluntate vacua, ergo et nunc
dum dominus voluntatem huic
rei impositam retrahit, h. e.
hanc rem ponit in statum pri-
stinum, tollit igitur impedimen-
tum, quod aliis entibus r. ob-
stabat, huic rei voluntatem im-
primendi. Sublato impedimen-
to, voluntatem suam rei huic
imprimendi, nil obstat, ut suam
voluntatem imprimant huic rei
quin involent in sphaeram alteri-

us attributis.

Quum itaque cuivis, ad quem res aliena invito hujus rei domino pervenit, sit juridica obligatio, rem eam domino revindicanti vel D: probandi restituendi, sunt et inventoribus rei alicujus in- us hoc eadem obligatio. —

6
41

K.

Jus naturae

Inventor rei alicujus dicitur ille, qui ad rem alienam, quam alienam esse ~~non~~ non ignorat, invito hujus rei domino pervenit absq sua culpa. dicitur absq sua culpa; nam et ad furem devenit res, quam alienam esse fur non ignorat, et invito rei domino, ast non absque sua culpa, sed sua culpa. Hinc, quum quivis, ad quem res aliqua invito rei domino pervenit, juridicam obligationem habet, res istas domino, illas vindicanti et D. probanti restituendi, hinc et inventoribus incumbit eadem obligatio, quum inventor est species generis hominum, et id, quod valet de genere, idem ipsum valet de specie.

"Sed quæritur ulterius, utrum inventor, rei alicujus spectata sola lege naturali, obligetur juridice, dominum hu-

hujus rei exquirere et eum de re a se inventa et commorationis suę loco certiorem reddere.—

Obligatio juridica, quę homini erga hominem sola lege juridica abscisso omni facto imponitur, est mere negativa, consistit tantum mere in eo, ne alium in promovendis licitis finibus impediamus, non autem, ut illis eum adjuvemus, obligatio autem inventoris dominium hujus rei exquirere et de commorationis loco certiorem reddere esset positiva nam exigit ab inventore positionem actionis in commodum domini rei inventę, talis autem obligatio sola lege juridica prescisso omni facto, nemini imponitur. Ideo inventor non obligatur juridice rei dominum exquirendi et locum

commorationis indicandi.

"Quid autem, si rei inventor tollit inventam, et in locum domino ignotum transfert, an non obligatur juridice dominum de loco, in quem rem transtulit, certiorem reddere?"

Obligatur: hic enim non est sola lex juridica: sed est factum positum, scilicet sublatio ex loco, ubi invenit et translatio in aliquem alterum locum: hoc facto reddit detectionem aut recuperationem hujus rei impossibilem aut saltem difficilem et ponit eo modo impedimentum juris alieni, nam prohibet eum in jure in hanc rem libere agendi, hinc, quum nemini liceat alium in exercendo jure impedire et naturalis obligatio est, neminem impedire in jure exercendo,

hinc etiam inventoris, qui rem aliquam inventam in locum domino rei ignotum transfert, obligatio est naturalis dominum rei, de loco, in quo ipsa res reperitur, certiorem reddere.

"Utrum inventor juridice obligatur domino rei interroganti, utrum rem invenerit, respondere, an tacere?[2]" —

Inventor juridice obligatur respondere domino interroganti ex eo, nam taciturnitate impedit eum in jure suo exercendo, ~~se~~ valeat in ~~rem suam~~ vindicandam; jam autem juridica est naturalis obligatio, neminem in exercendo jure suo impediendi.

Possessor rei, ~~quam invenit~~, duplicis potest esse generis:

1) potest aut non scire rem hanc, quam ~~invenit~~ possidet, esse ali-

enam,

2) vel potest id probe scire, aut saltem fundate suspicari, rem, quam possidet, non esse suam, sed alienam. In primo casu dicitur bonæ fidei possessor /: ein redlicher Besitzer :/ in secundo casu malæ fidei possessor /: ein unredlicher Besitzer/ Ista e. g. non tantum fur erit malæ fidei possessor, quum sciret rem possessam non esse suam, at etiam ille, qui, e. g. rem pretiosam vendere vult vilissimo pretio vestibus infamibus indutus, nam fundate suspicari potest ex venditoris qualitate, eum non esse possessorem.

Quum nunc ex jure, rem exclusive possidendi, quod ex jure Domini oritur, fluat jus domini, rem suam vindicandi, quæritur? quodnam jus sit domino rei ab altero possessæ contra bonæ fidei possessorem

subjectiva justitia est voluntatem rem tam quam suam habendi

possessoris boni fidei actus sunt subjective juste objective non justa quia invaderit sphæram alterius ...

et quod jus r. d. r. ab altero possessa contra malæ fidei possessorem? –"

Si res, quam dominus vindicat a possessore, qui nunc eam habet, adhuc in natura existit, tum domino jus est rem hanc, sive a possessore bonæ, sive malæ fidei in natura revindicandi.

In jure enim D^ii^ continetur quoq jus, rem, cujus dominus est, exclusive possidendi, consequenter jus, omnem alium a possessione hujus rei arcendi, et ex hoc jure resultat jus domino competens, rem suam a quocumque alio, ad quem hæc res, quocumque modo, eo invito pervenit, repetendi. Ideo autem quod hæc res domino invito ex ejus detentione elapsa sit, et in detentionem tertii pervenerit, dominus jure suo, rem hanc possidendi et a quocumque

vindicandi, privatus non est, quia jus hoc in D^{io} contine„tur et dominium invito domi„no non amittitur, nam D^{um} est voluntas rem tamquam suam habendi, legitime huic rei imposita, hoc autem volun„tas per id, quod eo invito res in alium devenerit, non est retracta ex hac re, hinc quo„usq voluntas rem tamquam suam habendi huic rei infuit, eo usque durat D^{um} ejus, et dominus non renuntiatur ju„re, rem hanc tanquam su„am habendi; hinc, si res, quam dominus vindicat, apud possessorem sive bonę, sive malę fidei adhuc in natura existit, tum domino aequale jus in malę et bonę fidei possessorem est, nimirum jus rem hanc in natura adhuc exis„tentem ab utraq revindicandi. —

(Jus ad impossibilia non datur, quia huic correlata esset obligatio alterius juridica alterius ad im„possibilia.)

Quodnam jus autem competit domino, qui rem hanc in natura vendicat, si res hæc in natura jam non existit?

Domino rem in natura vindicanti, in natura jam non existentem, contra possessorem malæ fidei competit jus, æquivalens hujus rei a possessore m. f. exigendi; h. e. si res, quam dominus vindicat, quæ apud possessorem m. f. existebat, apud eundem in natura amplius non existit, neque in natura ullo modo rehaberi potest, domino rem repetenti jus est, rei suæ loco aliam rem, valore suæ rei, quam vendicat, æqualem a Pre m. f. exigendi. –

Ratio dubitandi, utrum tale jus domino competat in eo est reposita:

"Istud æquivalens, est rū suum Pris m. f., est ergo proprietas

quem postulatio dirigitur in po„
stulantis spheram transeat. Ita
e.g. si dicerim: „ Emas tibi pyro„

bolum a me" — Cum hac postulatione intendo, ut aliquid ex mea tanquam postulantis sphæra in illius sphæram transeat, ad quem postul: dirigo. Sed si dico: vendas mihi pyrob:, postulatione intendo, ut ex ejus, ad quem p. dirigitur, sphæra in meam tanquam postulationis sphæram transeat:/ In priori casu postulatio est nil aliud, quam objecti ex sphæra postulantis exclusio eum in finem facta, ut hoc obj: ex postulantis sph. transeat in sph. illius ad qu. p. dir., hac postulatione postulans objectum ex sphæra suæ libertatis emittit, ideo postulatio talis dicitur objecti promissio /: Versprechen:/ In 2do casu, si per postulationem postulans id intendit, ut objectum ex sph. alterius e.r. ad quod p. dir. egrediatur

et in sph. entis postulantis tran-
seat, hoc postulatio est antece-
dens objecti promittendi accep-
tatio.
Ast voluntas alterius entis r.
illius sc., ad quod pō. dirigi-
tur dum huic postulationi
conformiter determ. fuerit in
primo casu erit acceptatio, et
in 2do casu promissio. Videmus
itaq sive ens postulans inten-
dat id, ut objectum ex sph:
entis illius, ad q. p. d., egre-
diatur et in sph. postulantis
transeat, sive vicissim, pac-
tis: In omni pacto est ex u-
na parte promissio, ex altera
pte promissionis acceptatio.
Hinc definitio pacti potest esse
sequens.
Pactum est promissio accep-
tata.
Sed promissio et accept. pro-
ter promittentem et acceptan-
tem supponit objectum, quod
ex una pte promittitur ex al-

tera vero acceptatur. — Objectum
igitur pacti. In omni igitur
pacto debet esse promissio et ac-
ceptatio et p. consequentiam
promittens et acceptans (etiam
jure promissarius dictus) et
objectum pacti. Istae sunt par-
tes pacti essentiales h. e. ta-
les, sine quibus pactum esse
nequit.
Quaeritur nunc, quidnam esse
possit p. objectum. h. e. quod
promitti potest valide seu ita,
ut promissario inde in objec-
tum promissum jus orietur.?
In omni pacto adest postula-
tio ex una pte et ex altera
pte voluntas huic postulati-
oni conformiter determinata.
Hac autem postulatione intenditur,
ut aliquid ex sphera unius
paciscentis transeat in sphae-
ram alterius, seu intenditur
hac postulatione ut aliquid,
quod hucusque exclusive ad-

jectum libertatis unius paciscentis constituebat, ab eo momento id esse desinat, et constituat objectum exclusivum libertatis alterius paciscentis. Hæc autem postulatio supponit, objectum postulatum sphæræ promittentis inesse, et ex eadem exire posse, nam, quum hac postulatione intendatur, ut objectum postulatum ex sphæra unius paciscentis transeat in sph. alterius, tunc postulatio hæc, nisi sit insana aut irrationalis, supponere debet objectum, cujus transitus ex sph. unius in sphæram alterius postulatur, sphæræ illius entis r. inesse, ut ex hac sph: in sph: alterius transire posset. Objectum itaque pacti tale tantum quidquam esse potest, quod sph: promittentis inest, et ex eadem exire

potest. Ad exercendum itaq quae sphaerae promittentis insit et ex eadem exire potest, qd ens rat. sphaerae promittentis, sicut cujusvis entis r. sphaerae inest tantum jus et objectum hujus juris cum id, in quod istud exercetur, quia sphaerae cujusvis inest legitima ejus libertas adeoq jus et id in quod haec libertas velut in materiam suam exercetur, id autem, in quod velut in materiam haec libertas legitima exerceri potest, constituit objectum juris; potest ergo dici sphaerae entis r. inest jus et objectum juris, seu id, in quod enti rationali est jus. Quia autem istud jus seu legitima libertas dicitur jus formale, id autem, in quod ei jus est, seu objectum hujus juris, jus materiale est, hinc potest dici, sphaerae entis r. inesse jus formale et jura materialia. — Inquiritur itaq quodnam ho„

ex sua libertatis sphaera excludere et extra se ponere, hocq modo relate ad se externum reddere potest. Videndum itaq, qd sphaerae ē. r. insit, ex eadem excludi et relate ad illud externum fieri potest.

rum duorum possit esse pacti objectum. — Quaestio autem haec resolvetur, si resoluta fuerit illa altera quaestio, quidnam ex sphaera entis r. exire possit, quia videmus objectum pacti tale quid esse posse, quod sph. promittentis inest, et ex ea exire potest. Ex sphaera e. r. id exire potest, quod ens r. ex sua libertatis sphaera excludere et extra eam ponere, hocque modo relate ad se externam reddere potest. Videamus ergo, quidnam ex eo, quod sphaerae e. r. inest, ex eadem excludi et relate ad illud externum fieri potest.

Sphaerae e. r. autem inest J. form. seu legitima voluntatis libertas, et J. materialia, seu id, in quod enti r. jus est. Ipsum autem jus form. seu legitima voluntatis libertatis

Jus naturæ

98

Ipsum autem jus form. seu legitima voluntatis libertas ex sphaera e. r. excludi non potest. Haec enim voluntatis libertas est conditio possibilitatis habendi Esm sui ipsius, si itaq haec voluntatis libertas adeoq jus generatim posset ex sphaera entis r. excludi, deesset enti r. conditio possibilitatis habendi Esm sui, ergo et conditionatum illius, sc. ipsa habendae Esae sui possibilitas deesset: In hac autem possibilitate habendae Esae sui ipsius rationalitas consistat, hinc, si voluntatis libertas posset ex sphaera entis r. excludi, e. r. cessaret esse rationale. Salva igitur Rnis natura voluntatis libertas seu jus formale ex sphaera e. r. excludi nequit, consequenter jus formale objectum praesti esse non potest. — Quum nunc ipsum J. form.

jus significat (jus Personalitatis)

seu libertas voluntatis genera-
tim pacti objectum esse nequeat,
cumq praeter ipsud J. form. seu
libertatem voluntatis generatim
in sphaera entis r. nonnisi id
sit, in quod e. r. jus est, seu
juris objectum, hinc tantum
juris seu libert: voluntatis
objecta, seu id, in quod ei jus
est i. e. jura materialia
possunt esse pacti objecta. –
Unde sequitur, quod illud pac-
tum, vi cujus aliquis to-
tam libertatem suam, adeoque
ipsum jus suum alteri alie-
naverit, adeoq pactum, quo
quis semet ipsum in servi-
tutem alterius detruderet, es-
set pactum invalidum, seu
tale, ex quo altero paciscenti
cui factum est promissum, i. e.
promissario jus in objectum
ipsud nullum poni potest, quia
objectum hoc ex sph. entis r.
promittentis non est egressum,
hinc alteri enti rationali su-

am huic objecto voluntatem im„
ponere fas non est, quia non li„
cet alteri enti r. suam impo„
nere voluntatem objecto, quod
sphaerae libertatis alieris entis
r. adhuc inest. —
Vidimus objectum pacti tan„
tum id esse posse, in quod enti
r. jus est, adeoque juris seu le„
gitimae libertatis ejus objecta:
ut autem aliquid objectum le„
gitimae libertatis alicujus en„
tis r. seu objectum juris
constituat, necesse est, ut hoc
objectum sphaerae virium en„
tium r. insit, i.e. ut objec„
tum hoc vires entis r. non
excluderet, nam si quod ob„
jectum non intra, sed extra
sphaeram virium entis r. es„
set situm, ens istud rationa„
le activitate sua hoc objec„
tum attingere non posset, con„
sequenter et in illud agere
non posset, quia entis r. acti„
vitas extra ultra sph: viri„

um eorum protendi nequit, nam activitas, quum sit vis agens evoluta a vi agente non differt. Ut itaque aliquid legitimae libertatis objectum constituat, necesse est, ut objectum hoc sit intra sphaeram virium ejus, i. e. ut hoc objectum vires entis r. non excedat. Id autem, quod vires entis r. non excedit est ei physice possibile, sequitur inde objectum pacti tale quid esse debere, quod promittenti physice praestitu est possibile (Der Leistung nach dem Versprechenden physisch möglich seyn.) Ex eo corollarii instar sequitur, pactum, cujus objectum est aliquod, quod promittendi est praestatu physice impossibile, esse invalidum, nam si objectum pacti promittenti physice est impossibile, objectum

hoc sphaerae promittentis non inest, hinc ex sphaera hac excludi non potest, et eo ipso in promissarii sphaeram transire non potest. Vidimus, quod hoc objectum pacti esse potest, quod sphaerae promittentis inest, promittentis autem sphaerae tantum jus inest, et id tantum permitti potest, in quod promittenti jus est, in ea autem, quae vel legi ethicae vel juridicae morali repugnant, adeoque sunt moraliter impossibilia, jus non est legitimum, consequenter objectum pacti tale quidquam esse debet, quod promittenti est quoque moraliter possibile.

Objectum itaque pacti, tale quidquam esse debet, quod sphaerae promittentis inest, et quod promittenti est physice et moraliter possibile.

sequitur ex hoc principio, si objectum promissionis est promittenti moraliter impossibile h. e. aut lege ethica aut juridica repugnans, pactum hoc invalidum nullum esse, seu tale ex quo promissario jus nullum in objectum oriri potest, et quum jus ex una pte et obligatio juridica ex pte sunt conceptus correlati, hinc non oriente jure exigendi a promittente, objecti promissi praestationem, non oritur ex pte promittentis in casu moralis impossibilitatis jur. obl. objectum promissum promissario praestandi, i. e. si promissum adimpletu promittenti est moraliter impossibile, nulla oritur promittenti jur. obligatio, promissionem adimplendi.

§. Theoria ista, quod id, quod morale est impossibile non posset esse objectum pacti, valde est facilis et admodum evidens, sed adplicanda ad vitam practicam multas difficultates ostendit. — Ut hujus theoriae in vita practica posset fieri usus, seu ut posset cognosci, utrum objectum promissum non repugnet vel legi ethicae vel juridicae, requiritur, ut cognoscatur utrum promittenti non incumbat aliquod officium cui promissi objecti pacti praestatio repugnaret. *Utrum promissa objecti praestatio non repugnet legi juridicae adeoque juridico promittentis officio, id non tantum ab ipso promittente, quam ab homine alio quovis potest cognosci*; quia haec tantum ac-

actiones repugnant officio juridico, quę adversantur juri alieno, quę autem sunt jura aliena, ille scire potest, qui noscit naturam humanam, et quivis potest conscius fieri jurium suorum, fundamentum enim jurium humanorum seu Ratio est in omni homine eadem.

Utrum autem et a quo cognosci potest, promissam objecti pręstationem non adversari ethico promittentis officio? Officia ethica sunt 2plicis generis nonnulla sunt absoluta, altera autem hypothetica, quia nonnullarum actionum positionem aut amissionem R. sine ulla conditione, aliarum autem sub certa quadam conditione postulat. Talia absoluta officia ethica sunt omnia officia negativa, hy-

pothetica autem sunt positiva, actionis positionem postulantia. Utrum actio aliqua adeoque promissio facta non adversetur alicui officio absoluto, id non tantum promittenti ipsi, verum etiam omnibus aliis hominibus notum esse potest, nam omnes illae actiones adversantur legi ethicae absolutae, quae adversantur ideae Rnis, R. autem in omni ente r. eadem est, quae ei est innata, et videns aut audiens actionem, subsumit eam innatae sibi Rnis ideae et hac subsumptione facta intelliget, num repugnet haec actio officio ethico absoluto. Sed utrum a quovis homine sciri possit, an actio pacto promissa non repugnet promittentis officio ethico hypothetico id affirmari non potest,

nam hyp. eth. off. est tale, cu-
jus adimplendi possibilitas a
diversis tam externis, quam
internis tam positivis, quam
negativis pendet conditioni-
bus. Utrum hae conditiones
in subjecto aliquo adsint, de
eo tantum hoc subjm ju-
dicare potest, non autem
homines. — Porro ad pos-
sibilitatem praestandi illius
offi. eth. hyp. requiritur
haec conditio, num haec offi-
cia non sint in collisione
cum aliquo altiori officio,
seu num haec officia non re-
pugnant alicui altiori officio. Id
autem reliqui homines scire non
possunt, nam possunt ignorare om-
nes hujus subj. relationes. Utrum
itaque promissio pacto facta non
repugnet alicui ethico promit-
tentis officio hyp., id ipsum
ens promittens et omniscius
non autem alii homines scire
possunt. —

Dum autem promittens ipse sci-
re potest, utrum actio, quam
promittit, repugnet alicui supe-
riori officio ethico, an non, hinc
dum ipse talibus actionibus
positis facto promittit, debet
supponi se intellexisse, tale pro-
missum nulli ethico repugna-
re officio hypothetico. Dum
itaq promittens talem actionem
facto promittit, ac sua pro-
missione ostendit, hoc promis-
sum nulli suo eth: officio
hyp. repugnare, alter paciscens,
cui non datum est in-
terna promittentis scrutari
jus habet, hanc promitten-
tis decisionem pro vera as-
sumendi, et promissionem cen-
sendi pro valida, quia pro
altero paciscente nulla adest
r. oppositum tenendi, igitur
tale pactum, quamvis forte in
casu promittentis hoc alicui eth.
off. hypothetico ejus repugnaret,

adeoq in qua C[onscienti]a invalida esset in judicio tamen aliorum homi-
num debet pro valida haberi, quia in foro externo nulla ap-
paret R. oppositum tenendi, i.e. hoc factum pro valido haben-
di. Si promittens hac promis-
sione violavit suum ethicum hyp. officium manebit responsa-
bilis in C[onscienti]a, quae omnium ho-
rum actionum judex est, ast in foro externo hoc pactum
validum esse debet.

Si tamen et in foro externo posset cum certitudine consta-
re, promissum tale repugna-
re alicui ethico promittentis hypothetico officio, tum tale
pactum et in foro externo evadit invalidum.

Tales casus obloquuntur in le-
ge civili pos. Si e.g. pater prolis habens patrimonium
donatione dilapidat moritanq
prolibus nil relinquens, tunc

14

105

5

Jus naturae

E.

tuno ex hat invali-
da habet, quantum p. eadem
proles in legitimo suo jure
laesa sunt, quia de ethico pa-
tris erga proles officio, proles
sustentandi et futurae eorum
sorti consulendi, nullum dubi-
um est in foro externo, quam-
vis sit offm̃ eth hypotheti-
cum. —
Ast objectum pacti debet esse
etiam tale, quod in sphaeram
promissarii intrare potest. Quia
id objectum promissum per
promissionem ex sphaera pro-
mittentis excluditur, hinc obj
istud hoc facto evadit a vo-
luntate promittentis vacu-
um, ast non fit tũ suum
promissarii, quia tũ suum
promissarii tunc evadit, si
ingreditur in sphaer. volunta-
tis promissarii, hinc si obj.
tale est, quod quacumque de
causa sive ob impedimentum

physicum, sive ob impedimen-
tum morale in sphaeram vo-
luntatis promissarii intrare
nequit, tunc promissarius in
illud jus non adquirit, hinc
promittenti adhuc jus erit hoc
obj. ut pote in sphaeram pro-
missarii nondum redactum in
suam sphaeram denuo reci-
piendi, quia dum hoc objec-
tum nondum intravit in sphae-
ram promissarii, promittens
recipiendo hoc nondum in
sphaeram promissum objec-
tum in sphae: promissarii
non involaret, imo in nullius
hominis sphae: invaderet, adeo-
que neminem laederet, ad ta-
lem actionem, qua e. r. nemi-
nem laedit jus est, hinc si
objectum promissum tale est,
quod ob impedimendum ali-
quod in sphaeram promissa-
rii intrare non potest, pro-
mittenti jus est, objectum

hoc in sphæram suam denuo recipiendi. Ita si quis donaret rem aliquam tali personæ, cui legibus facultas esset ademta tales res possidendi, tunc hæc donatio esset invalida, h. e. ex hac donatione donatarius jus in rem hanc donatam non habet, et promittens jus habet, promis. ex sphæra promissarii excludendi et in suam denuo sphæram recipiendi. —

— Restat adhuc demonstrandum, quibus qualitatibus tam promissio, quam acceptatio prædita esse debeant, ut ex promissione acceptata promissario jus in objectum promissum oriatur, adeoque ut pactum juridico sortiatur effectu. —

Primo pacti est, ut objectum promissum ex sphæra vlta-

tis promittendis excludatur et in sphaeram promissarii tran„ seat: quaeritur quomodo po„ test obj. promissum p. pro„ missionem ex sphaera pro„ mittentis excludi? potestne hoc objectum excludi p. vim alienam vel tantum per il„ lum ipsum, adeoq sua sponte?
— Objectum promissum ex sphaera voluntatis subj. pro„ mittentis, per vim alienam excludi nequit; nam si hoc objectum ex sphaera volta„ tis subj. promittentis p. vim quamdam alienam ex„ cludi posset, deberet hoc vis aliena in voltatem subj. pro„ mittentis agere posse, id au„ tem est impossibile. quia voluntas subj. rationalis ab ipsa Rne non differt, hinc, si vis quaedam aliena in voltatem subj. promitten„ tis agere posset, deberet in

in ipsam Rnem agere, id
autem repugnat naturæ
Rnis; R. enim est identi=
tas subj: et obj:, ideo tan„
tum sui ipsius et nullius
alienæ vis objectum est, nul„
la igitur vi aliena potest
spti: vltatis entis r. illo
invito aperiri, consequen„
ter nulla vi al: id, quod
sphoræ vltatis s. promten„
tis inest, illo invito ex hac
sphs: excludi potest. Obj̃
p. vim alienam potest tan„
tum ex corpore ejus, adeoq
ex physica detentione ejus
subripi; non autem ex vlta„
tis sphora. Ita dum fur
rem furto auffert invito do„
mino, excludit eam tan„
tum ex corporeis viribus
ex detentione tantum phy„
sica, non autem ex vltate
ejus rem tanq suam habendi,

que tam diu ei inerit, donec ipse dominus eam sponte sua ab hac re retraxerit, et rei huic renuntiaverit. Hac de causa duplex est possessio; possessio enim adquiritur, si res intra sphærium entis r. redigentur. Hæ autem entis r. vires sunt duplices, vires visibiles seu corporeæ et invisibiles seu intelligibiles i. e. vlts. Detentio rei inter vires corporis est physica ejus possessio, detentio autem corporis in vltate sua, est intelligibilis rei possessio. Per vim itaq alienam obj tantum ex phys: detentione abripi potest invito domino, nunquam autem ex sphæra vltatis, ideo etiam obj: promissum ex sphæ: subjecti promittentis eripi non potest vi aliena, itaq id tan-

tum per vim subjecti pro-
priam fieri potest. Si itaq
per nullam vim alienam,
sed tantum p. vim subjecti
volentis propriam s. p. h.
v. r. a. libtatis ejus asse-
rere potest, actus autem, quo
subjectum promittens sphae-
ram voluntatis suae asserit
pro exitu obj: ex eadem
sphaera, est promissio, hinc
promissio debet esse actus
voluntatis subjecti promit-
tentis proprius adeoq promis- I
sio sit libera, i.e. subjec-
tum promittens ad rem pro-
missam ex sphae: s. libtis
excludendam, debet a semet
ipso, sua sponte determina-
ri.
Sed promissione sola promissum
obj excluditur tantum ex sphae-
ra libtatis promittentis, et denuda-
tur solummodo a libtate promit-

sentis, dum subj: promittens pro-
missione objm promissum ex
sph. vltis suæ excludit, atque
hoc modo promssio possibile red-
dit huic objecto tanquam nunc
a vltate possessoris denudato
suam imprimere vltatm, quod
fit, dum promissum acceptat.
Per promissionis acceptationem
objectum promissum a vltate
denudatum redigitur in sphæ-
ram subj: acceptantis seu pro-
missarii. Ut hoc objectum in-
cidat in sphæram vltis pro-
missarii, debet sph: aperiri
promissarii, quæritur nunc,
per qualinam vim hæc vlta-
tis promissarii sphæra aperi-
ri possit, an per vim alienam,
an p. propriam? Per vim ali-
enam sphæra vltatis promis-
sarii aperiri nequit, quia si
hæc vltatis sph. promssrii
p. vim alie: aperiri posset,
tunc vis aliena in voluntatem

promissarii agere posse de-
beret, quum autem voluntas
a subjecto seu volente vi
adeoque a Rne substantia-
liter non differt, sed ea sit
identica huic, si hoc vis al.
in alterius sphaeram agere
posset, deberet agere posse in
Rnem ipsam, quod repug-
nat ideae Rnis, quum R.
sit seu ipsius nullius au-
tem alienae vis objectum,
hinc sphs: promissarii non
potest aperiri, quam per
vim propriam. Quum itaq
sphaera alterius promissa-
rii tantum p. vim propri-
am aperiri potest, hinc de-
bet esse promissionis acce- II.
tatio actus liber, h. e. ta-
lis, ad quem ponendum promis-
sarius vi propria sponte sua
determinatur. —
Tam igitur promissio, quam
promissionis acceptatio, ut

ut pactum validum fiat, h.e. ut producat effectum juridicum, i.e. ut ex pacto ipso promissario jus in objectum promissum oriatur, debent esse actus liberi.

Quidcumque ergo libertati sive in promittendo sive in promissione acceptando obstat, obstat quoque validitati pacti, seu quodcumq efficit, ut promissio seu promissionis acceptatio non sint actus liberi, hoc pactum nullum, adeoq invalidum reddit.

Libertati in promittendo et acceptando obstat imprimis coactio,
a. et quidem physica seu mechanica. Coactio generatim est necessitas aliquam actionem ponendi vel omittendi orta ex impossibilitate oppositi, nonnisi hoc oppositi impossibilitas oritur vel ex praevalentia vis alicujus physicae et tum coactio est physica, vel

ex repraesentatione mali praeponderantis ex omissione actionis in ipsum agentem redundantis et tum est coactio psychologica /: Ita si quis manibus pedibusq ligatur, ut se movere non posset, esset physica necessitas immotus jacere, quae necessitas ex impossibilitate oppositi venire h.e. ex impossibilitate se movendi, haec impossibilitas esset causata p. praevalitionem vi alicujus physicae. Jam autem si quis voluerit alteri marsupium adimere et morte ei minaretur, nisi daret, tum haec coactio esset psychologica, nam esset hic necessitas dandi marsupium, quae vero necessitas nata esset ex praeponderantia mali in eo casu in ipsum redundaturi, si marsupium non daret. Volens e-

evitare majus malum, subit minus, ista autem necessitas ponendi actionem aliquam orta est ex repraesentatione mali praeponderantis:/

Duplex ergo est coactio, physica et psychologica, nam homo constat corpore et animo, corpus est capax coactionis physicae, jam autem anima, tanquam ens libertate gaudens, omnem coactionem physicam respuit et tantum per vim psychologicam potest cogi sc: per repraesentationem. —

Quaeritur quaenam harum coactionum pactum invalidum reddatur?

I. Utrum coactione physica pactum reddatur invalidum, si per eam aut promissio aut promissionis acceptatio extorqueretur? Quum ad validita-

15c
113
1

Jus naturæ

tuum ad validatem pacti i.e.
ad id, ut ex pacto jus promissario
in objectum promissum oriatur,
requiritur, ut tam promissio,
quam promissionis acceptatio
sint actus liberi; per coacti„
onem autem phy. seu mecha„
nicum libertas tollitur, quia
tollitur p. hanc coactionem
oppositi possibilitas, cumque
sublata in promittendo aut
acceptando libertate, pac„
tum sit nullum, hinc et p.
coactionem phys. pactum
pariter nullum evadit, un„
decumque haec veniat coac„
tio ph. sive ab altero pa„
ciscente sive ab aliquo 3tio.
Si venit a promittente,
tum acceptatio non erit ac„
tus libertatis, si a promissario,
tunc promissio, ideo pactum
invalidum.
R. At magis dubia est reso„
lutio quaestionis, utrum p.

coactionem psychologicam pac-
tum nullum reddatur, si p.
hanc pressio vel pressionis
adversatio esset extorta?

In solvenda hac quaestione
distinguenda est coactio psy.
justa, adeoque licita ab inju-
sta seu illicita. Quum coactio
ps. est necessitas actionem a-
liquam ponendi vel omitten-
di orta ex repraesentatione
mali praeponderantis in a-
gentem redundaturi, hinc si
ille, qui hoc malum praepon-
derans minatur, minandi
jus habet, necessitas ex
hac comminatione orta
actionis ponendae vel omit-
tendae erit coactio justa,
sed si malum minans, ma-
lum hoc minandi jus non
habet tum necessitas ex
tali cominatione orta,
erit coactio injusta. Ita
creditor debitori suo mi=

nans judicialem executionem, si in terminum destitum ei non solveret, coactione psychologica justa utitur, nam ad hanc minationem est ei jus lege datum. Ast latro marsupium postulans, minans morte, injusta utitur coactione nam ad hanc minationem jus non habet. —

Quaestio ergo eo reddit, utrum per coactionem psy. injustam pactum invalidum reddatur, si per hanc coactionem vel promissio vel promissionis acceptatio est extorta.

Qui sustinent pactum per talem injustam psychologicam coactionem extortum invalidum esse, tali utuntur argumento.

"Ad validitatem cujus vis Pacti requiritur libertas in promittendo et in promissione acceptanda; coactio au-

autem psychologica injusta libertatem tollit, hinc tollitur validitas pacti."

Refutatio

Verum non est coactione psychologica injusta libertatem tolli, nam p. coactionem psychologicam injustam libertas tolleretur tunc, si per hanc coactionem agens redigeretur in absolutam oppositum faciendi necessitatem. Jam autem p. coact. psy: ille, in quem hac coactio cadit, in impossibilitatem absolutam oppositum faciendi non redigitur; nam p. coactionem ps. ei, in quem hoc coactio cadit, imponitur necessitas, actionem aliquam ponendi vel omittendi, ast hoc necessitas non imponitur ei inconditionate, sed sub hac conditione, si majus malum evitare velit. Hoc igitur coactio

ps. relinquit electioni illius, cui infertur, quodnam ex his duobus malis velit eligere, an malum, quod ei comminatur, an illud alterum; ubi autem adhuc electioni locus est, ibi adhuc locus est possibilitatis oppositum faciendi, hinc non est sublata oppositi possibilitas, ergo non sublata libertas. Est quidem hac oppositi possibilitas admodum diminuta, ast non penitus detracta, ideo coactio ps. libertatem eligendi oppositum diminuit quidem, ast non tollit. Cum per coactionem ps. libertas in illo esset penitus sublata, si homo tantum e mera sensuali constaret natura, quia coactio ps. oritur ex repraesentatione mali praeponderantis, malum igitur istud minus, po. quod subeundo amovetur malum istud majus,

comparatum cum majore est bonum, estne autem possibile sensuali naturae aversare bonum, atq appetere malum? Si homo constat tantum sensuali natura, tum in tali collisione, ubi versatur inter 2 mala, quorum unum majus, alterum autem minus est, et unum eorum eligere necessitatur, eligeret minus. At homo constat 2plici natura, sensuali et Rnali; ei Rnalitatis homini possibile est vincere horrorem sensualem, et subire alacri animo majus malum, altioris finis gratia. Experientia docet, homines se morti obtulisse defendendi juris libertatis, fidei gratia, hinc quaestio ps. ens sensitivo rationale libertate eligendi oppositum non privat, tan

tum hanc libertatem minu-
it. Difficile quidem est, tali
in collisione subire malum
majus at non impossibile.
In hoc fundatur veterum:
In virum fortem non cadit
coactio. Hinc si per coactio-
nem ps. libertas in vol. non
tollitur, hinc non tollitur quoque
libertas in paciscendo, hinc p.
coactionem ps. injuste extor-
ta non possent declarari pro
invalidis *ex libertatis defec-*
tu. At ex eo, quod pacta p.
ps. co. inj. extorta, *ex defectu*
libertatis non possunt esse vali-
da, sequitur tamen ea esse
invalida et quidem ex hac
ratione: Qui alterum psy.
coactione injusta ad aliquid
aut promittendum aut acceptan-
dum cogere vult, laedit eum in
connato ipsius independentiae
jure. Laeso autem contra lae-
dentem oritur j. cogendi, i.e.

jus jura laesoris vicissim non re-
verendi, ideo etiam paciscenti
uno ab altero coacto oritur jus
non reverendi jura hujus alte-
rius paciscentis, ex hoc extor-
to pacto ortum, seu jus id, quod
in ipso promisit, non praestan-
di, adeoque jus promissionem
talem non adimplendi. Pacta
igitur p. coactionem psycho:
extorta non sunt invalida
ob defectum libertatis, illa
adest probe, ast ob id, quod jus
hominis connatum independen-
tiae per tale pactum laeditur.

— Quid autem, si coactio psycho-
logica injusta non ab altero
paciscente, sed ab aliquo tertio,
inscio, invito, non participe
paciscendi veniat, an etiam
haec coactio pactum nullum
reddit?
eo casu, quo coactio inj. psy. non
ab altero paciscente, sed quodam
~~altero paciscente~~ tertio) inscio et non

participe compaciscente [veniat] ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ existat R., ob quam pac-
tum per talem coactionem extor-
tum tum invalidum est, si haec
coactio venit ab altero compa-
ciscente, R. nimirum, quod pa-
ciscens cogendo alterum com-
paciscentem p. inj. co. ps.
ad pactum cum ipso ineun-
dum, demonstravit defectum
voluntatis jura alterius re-
verendi, hocq modo conditio-
nem sustulit, a qua obli. ju-
ridica alterius paciscentis e-
jus jura vicissim colendi pen-
debat. Sublata conditione tolli-
tur quoq conditionatum, sc:
obligatio paciscentis alterius
coacti, reverendi jura paci-
scentis cogentis. Haec R. tum
non existit, si coactio venit
a 3tio quodam, inscio et non
participe compaciscente al-
tero. In hoc casu paciscens ta-
li coactione ps. injusta ad pac-
tum ineundum coactus, non
cessat esse juridice obligatus,

jura alterius compaciscentis reverendi, quum alter compaciscens non demonstrat defectum voluntatis jura ejus reverendi, adeoque non amisit jus suorum jurium exigendi reverentiam. Pactum itaque hoc casu non redditur nullum. Ita etiam, si coactio ps. venit ab ipso paciscente, ast si coactio justa est, h. e. si alter paciscens jus habet hanc coactionem minandi, hac ps. coactione pactum non redditur nullum, quia alter compaciscens jus habens, hanc coactionem exercendi, per ejus comminationem jus alt. non laes. hinc non tribuit alteri jus, jura illius non reverendi. —

Finis pacti is est, ut mediante promissione objectum promissum ex sphi. lib. subj. promittentis excludatur, et in sphaeram promissarii promissionem acceptantis transeat. finis ergo pacti est transitus

objti pacti ex sph. lib. unius pa-
ciscentis in sphaeram lib. alte-
rius. Ut autem iste transitus fi-
at requiritur.

1.) Ut voluntates paciscentium
consentiant in idem objectum,
seu, ut uterque paciscentes i-
dem velint objectum.

Si enim paciscentium volunta-
tes non consentirent in objecto,
sed si unius eorum voluntas
aliud vellet objm, ac alteri-
us, tunc pro objecto, quod pro-
missarius in suam recipere
vellet sphaeram, et pro quo
recipiendo sphaeram libertatis
suae aperuit, iam clausa est,
set sph. libertatis promitten-
tis, hinc objm istud ex sph.
promittentis non egredere-
tur objtum, quod promit-
tens non excluderet ex sph.
sua, non intraret in sphae-
ram promissarii, hinc pro
introitu objecti, quod promit-
tens ex sph. sua non exclu-
dit, clausa manet promissa-


rii sphæra. Neque hoc objectum, quod promittens promittit, potest intrare sph: promissarii, nam promissarius sph: suam non aperuit ad recipiendum objectum promissum. Nec igitur hoc objectum, quod promittens promittit, nec ~~aliud~~ illud quod promissarius habere vellet, intraret sph. promissarii. Tali igitur ex pacto nullum jus promissario in objectum aliquod orietur, hinc tali pacto nullus jurid. effectus produceretur, adeoque pactum spectatur tanquam non initum adeoq nullum.—

2) <u>Requiritur, ut voluntas paciscentium consentiat in transitum hujus objecti ex sph. unius paciscentis in sph. alterius.</u>

Quia alterutro paciscentium, in hunc transitum non consentiente, voluntas dissen-

tiens paciscentis, sive est pro-
mittentis sive promissarii)
objectum (atque) ex sphaera
unius paciscentis in sph. alte-
rius non transit. Nam si dis-
sentiens paciscens esset pro-
mittens, tum ob ejus dissens.
obj. p̃ti ex illius sph. non
egrederetur, sed sphaerae im-
maneret, hinc p̃sarius huic
obj̃to voluntatem suam im-
ponere remque hanc ut su-
am habere non posset, quin
involet in sph. libertatis al-
terius. Si autem paciscens dis-
sentiens est pr̃missarius, objec-
tum p̃ti, quod ex pr̃mittentis
sph. egreditur, non intrat
sph. promissarii ob clau-
sam pro receptione sphae-
ram. Promissum hoc obj̃tum,
quod promittens ex sph. sua
excludit, denuo in illam re-
cipere potest, quin involet
in alterius libertatis sphaeram.

3.) <u>Requiritur ut voltes cõnsen-</u>
<u>tiant in tempus transitus</u>



Jus naturæ

3) Requiritur, ut voluntates consen-
tiant in tempus transitus objecti
promissi, ex sph. unius in
sph. alterius paciscentis.

Quia, si voluntas eorum in
tempore hoc dissentirent,
tunc eo tempore, quo sph.
promittentis pro exitu objecti
pacti aperta esset, esset clau-
sa sph. promissarii pro objecto
hoc recipiendo et tempore,
quo sph. promissarii aperta esset,
pro recipiendo objecto pacti,
clausa esset pro exitu pro-
mittentis sph. In neutro i-
gitur casu objectum pacti ex
sphaera libertatis unius pa-
ciscentis transiret in sphae-
ram libertatis alterius, adeoque
in neutro casu promissarius ex
tali pacto, jus aliquod ad-
quireret.

4) Requiritur, ut voluntates
paciscentium consentiant
in modo transeundi objecti
ex sph. lib. un. pac. in
sphaeram alterius.

Voluntates enim paciscenti-

um (ut demonstratum est) con-
sentire debent in ipsum objecti
pti transitum ex sph. lib.
un. pac. in sph. lib. alt.
Nullius autem transitus absque
certo quodam transeundi mo-
do potest cogitari. Transi-
tus igitur objecti ex sph. lib.
u. p. in sphe. l. alterius
p. et modus ejus transi-
tus sunt duo necessario con-
nexa. dissentiens itaq in
modum transitus hujus
dissentit itaq in transi-
tum ipsum, nam qui non
consentit in unum ex duo-
bus necessario conjunctis
non consentit et in alterum.
Ex pacto autem in cujus ob-
jecti transitum unus pa-
ciscens non consentit pro-
missario nullum jus oritur,
pactum itaq nullum. E. g.
si duo paciscentes in omni
consentiunt, at unus eorum
vult, ut hoc objectum incondi-
tionale in sph. alterius

transeat e. g. objectum quod gratis, alter autem ut conditionale intret, tunc hoc pactum quasi non initum spectatur.
In eo, quod ad validitatem pacti requiritur unitas consensus paciscentium, sequuntur sequentia.
Consensus voluntatum pendet a consensu repraesentationum objectorum volendorum, quia voluntas cognitionibus regitur. Hinc etiam qualitas voluntatis dependet a qualitate repraesentationis objecti, ideo ad voluntates duorum entium r[ationali]um in idem objectum consentientes, requiritur ut ambo eandem hujus objecti habeant repraesentationem, quia si repraesentationes objecti in mente paciscentium dissentiunt, dissentiunt quoque eorum voluntates. Sed hae repraesentationes sunt repraes. objecti realis, i. e. actu existentis, quia

objtum pcti sphaere promitten-
tis actu inest, repraesentatio
autem objecti actu existentis,
cognitio dicitur, hinc sequitur,
ut voluntas paciscentium in idem
objtum consentiant, requiritur
ut uterque paciscens objecti hu-
jus habeat cognitionem.
Quia autem quaevis cognitio
fit judicando, judicium autem
fit ope intellectus, hinc iste,
qui usu intellectus sui non
gaudet et qui intellectu suo
non fungitur, non potest objtum
pcti cogitare, conseq. pactum
validum inire non potest.
Tales homines st impuberes
(wahnwitzige) (furiosi). Ra-
sende) dementes seu mente
capti). Volltrunkene) plane
ebrii (voll Berauschte) et dor-
mientes.
Ast quum R. quare tales per-
sonae pctum validum inire non
possunt, est impotentia intel-
lectus sui facere usum, Ana-

dum autem non potest latius extendi, quam R. hinc ipsa impossibilitas ineundi pacti validi, sane conditionatum non potest diutius durare, quam durat impotentia faciendi intellectus usum. Cessante igitur impubertate furore, dementia, ebrietate et somno R. impossibilitatis pactum ineundi cessat. (Infantia est illa aetas, in qua intellectus nondum est ita adultus, ut ejus usus adhuc facta possibilis sit).

Sed etiam homines sanae mentis et sanorum sensuum dissentire possunt in repraesentationibus ejusdem objecti. Et ipsa dissensio fit ex errore seu verihabitione privativa de judicio falso. Quum ergo error veram cognitionem excludit, quaeritur an omnis eror, pactum nullum red-

dat.?

Error concernit notam objecti alicujus. Quodvis objectum individualiter determinatum habet certas quasdam notas, quibus ab aliis differt, notae hae possunt esse duplicis generis, vel essentiales / wesentliche / seu tales, quibus sublatis, aut mutatis ens cessat esse id, quod est, et in aliud abit, vel accidentales / zufällige / seu tales, quibus sublatis aut mutatis ens non cessat esse id, quod est et in aliud non abit. Adeo notae Rationalitatis et animalitatis hominis sunt essentiales, nam sublata 1ma refertur ad bruta, et altera sublata, ad entia altioris ordinis, at notae sanitatis vel aegritudinis, senectus vel juventus sunt notae accidentales. Error itaque concernere

potest vel notam objecti essen-
tialem et dicitur error essen-
tialis vel accidentalem et di-
citur error accidentalis. Ista
e.g. si quis venit in locum,
ubi uniones venduntur et
ei placet fasciculum unio-
num, quia putat, eas genu-
inas esse, at illae fuerant
spuriae et emit pretio, quo
emeret genuinas, emtor fuit
in errore essentiali, iste enim
error concernit notam, sine
qua unio cessat esse unio
genuina. Sed aliquis emit
equum generatim, non no-
minans qualem, at vult
sellarium (ein Reitpferd)
venditor autem vendit rhe-
darium, error, in quo versa-
tur est accidentalis.

(Nota). In applicatione hujus
theoriae veritatis: erro-
rem posse concernere
notam essentialem et

et notam accidentalem: cautio est adhibenda, nam potest una eademq nota pro diversitate conspectus esse essentialis et accidentalis. Scimus enim ex logica, quod in serie conceptuum dentur conceptus superiores, seu genera et conceptus inferiores seu species, idem ipse vero conceptus, qui sub quodam conspectu genus est, sub altero species, ideo idem ipse conceptus, qui sub uno conspectu superior est, sub altero potest esse inferior. Sic denominatio ENS est altissima, nam omne, quod est, comprehenditur sub eadem. Entia sunt 2plicis generis: actu existentia et possibilia. Existentia sunt vel vita praedita, (h. e. animata) vel sunt inanimata. Animata sunt vel rationalia, vel irrationalia etc.

Ens
existent. → possibilia
viventia → inanimata
rationalia → irrationalia

Hinc sunt conceptus, quorum praecedens est superior, subsequens inferior, et ex quorum quovis subsequente inferiore, subtractione (Abnehmen) potest superior, et ex quovis superiore, synthesi vel additione potest fieri inferior. Sic ex conceptu inferiore: „<u>ens vivens animatum rationale</u>" substrahendo notam <u>Rationalitatis</u>, fit <u>ens viv: an:</u> seu conceptus superior, et vice versa. Nota nunc, quod in conceptu superiore est essentialis, in inferiore accidentalis esse potest, ideoq etiam, si quis in pacto objectum tantum generice voluerit et in errore est, erit in errore essentiali. E.g. si quis vult vinum et dicit hungaricum, venditor autem dat austriacum, tum est in errore essentiali, quia nota hungaricum

vinum constituens est essentia-
lis. — Conceptus autem infe-
rior potest continere notam,
quae relate ad superiorem
est accidentalis. Si quis vult
equum et credit emere sella-
rium, sed alter ei vendit
rhedarium, tum ista nota se-
larii equi relate ad hunc, quod
emit equum, in genere est ac-
cidentalis, hinc error quoq.
accidentalis.) ——

In vita practica itaq. debet
ad tenorem pacti respici,
ex quo cognoscitur, utrum
nota est accidentalis an
essentialis.

Error essentialis unius pa-
ciscentis pactum reddit nul-
lum. Quia, si unus paci-
scentium in errore essentiali
relate ad objectum pacti fac-
ti versatur, tum in mente
hujus paciscentis hoc objec-
tum aliam habet notam es-


sentialem, quam in mente paciscentis alterius, quum autem nobis essentiales tales sunt, per quarum omissionem aut mutationem ens cessat esse id, quod est, ideo ille paciscens, qui in errore est, relate ad objectum pacti versatur, sub hoc objecto aliquid aliud sibi repraesentat, quam iste alter paciscens, cumque a diversitate repraesentationum dependeat diversitas voluntatum, hinc repraesentationibus objecti pacti, in mente paciscentium differentibus, differunt etiam voluntates, relate ad objectum pacti deest ergo voluntatum unitas, quae ad essentiam pacti requiritur, ideo deest et ipsum pactum.

Error essentialis utriusque paciscentis pactum quoque reddit nullum.

Quia si uterque paciscens relate ad objectum fti in errore essentiali versatur, neuter paciscentium, haberet repraesentationem veri objecti, sed repraesentationem objti imaginarii objecti, quod re ipsa non existit, sed tantum in eorum mente est, quum autem a repraesentatione dependet voluntas, hinc tali in casu, neutro paciscentium repraesentationem veri objecti habente, non esset ullo veri objecti, sed uterq vellet id, quod non est, relate igitur ad verum objectum deesset voluntas paciscentium, consequenter ipsum pactum.

Sive ergo unus pactium, sive ulaque in errore versetur essentiali relate ad objectum pacti, et sive hujus erroris causa sit ipsemet errans, sive alter paciscens sive aliquis tertius, error ipse pactum reddit nullum.

Error autem accidentalis unius alteriusve paciscentis pactum non reddit nullum. Nota enim accidentalis alicujus entis illa est, qua sublata vel mutata ens non cessat esse id, quod est, ideo quan



17

129

Jus naturæ.

ideo quamvis in repraesentatione u„
nius pacisc̃ntis obj. pti notam atti„
nentem aliam haberet q̃m in
mente alterius dummodo tantum
notae essentiales objecti in re„
praesentatione utriusq paciscentis
eaedem fuerint, eaedem erunt re„
praesentationes ejusdem obji, con„
sequenter eadem voluntas, consen„
sus voluntatum in id objectum,
consequenter in ipsum pactum.

Quia ad essentiam pacti validi
consensus voluntatum re„
quiritur, iste autem consensus
voluntatum sit actus mentis
internus, hinc ut vltts illis in„
vicem innotescant, requiritur, ut
ambo paciscentes voluntatem su„
am signis externis visibilibus
ita manifestent, ut ex his signis
alter paciscnt̃m, vltm sui
compaciscentis indubitate cog„
noscere queat; nisi enim vltts
unius alteri pacisc̃nti signis in„
dubitatis manifestari possit,
alter pacisc̃ns ignoraret quoq sui
compac̃nts vltm, adeoq ignora„
ret, utrum obj̃m promissum ex
sphaera promittentis sit exclu„

sum, et quare, etiam alter p̃sons ignoraret, utrum objm ex sph: pte, migraverit, an non.

Manifestatio igitur vltts paris, certm signis externis indubitatis est necessaria conditio validitatis pacti.

Unde sequitur personam, voluntatem suam signis indubitatis manifestare non volentem, non posse ptm validum inire.

Ast haec vltts manifestatio signis externis, debet esse talis, ut ex illa intelligi valeat, quid, quale, quantumque una ex pte promissum ex altera acceptatum sit, et talis vltts manifestatio dicitur determinata voluntts manifestatio (Bestimmte Willenserklärung) Nisi enim esset det. vol. manif. tunc paciscens alter non sciret, quid quale, quantumque sit promissum et acceptatum, hinc deesset in altera pte objti pacti cognitio. Quia autem voluntas ignoti impossibilis est, hinc alter paciscens objm indeterminatum, quum illud

non cognosceret, etiam velle non posse, deesset ergo in hoc casu voluntas alterius paciscentis, non esset igitur consensus voluntatum utriusque paciscentis, consequenter non esset pactum. Determinata igitur signis externis ~~externis~~ manifestatio voluntatis, est pariter conditio validitatis pacti.

Unde sequitur, personas, voluntatem suam signis externis determinate manifestare non volentes, pacta valida inire non posse. Tales personae sunt surdi, et muti simul. (etiam Taub-Stumm) tantum enim gestibus — si exceptionis scripturae signa — voluntatem suam manifestare possunt, jam autem gestus significatum certum non habent. Aliter est, si surdus et mutus simul scribendi est gnarus, nam voluntatem suam determinate signis scil. scriptis manifestare valet, et potest inire pactum validum.

Sed non tantum determinata,

verum etiam seria (ernstlich ge-
meint.) debet esse hic voluntatis
signis ext. indub. manifestatio.

Nam nisi ista vol. sig. ext. indu. mani. esset se-
ria, esset merus jocus, adeoq.
non esset paciscentium voluntas,
adeoq nullum pactum. Ista
signa, quibus paciscentes men-
tem suam exprimere possunt,
sunt autem talia signa, qui-
bus certus et determinatus
significatus, qui non inni-
titur in natura rei, arbitrio
hominum tributus est, uti
~~volunta~~ vocabula (: verba
Worte) aut sunt facta, ex
quibus dein voluntas conclu-
ditur. Si paciscens volun-
tatem suam verbis expri-
mit, sive in scriptura, tale
pactum dicitur expresse in-
itum (: ein ausdrücklicher
Vertrag) e.g. Siquis aut vo-
cabulis aut scripto promit-
tit, equum suum se alteri
donaturum. Si paciscentes
vero voluntatem suam factis
talibus exprimant, ex quibus

vlts eorum c̄oncluditur tum tale pactum dicitur pactum tacitum (: ein still schweigen der Vertrag:) E.g. Si quis rhedis pullos (do fiakra) insi-det et certum in locum vehi jubet, init pact̄m tac. nul-lum verbum proferens, facit pactum solvendi pec. pro hoc servitio. Vel si quis ve-nit ad fornicem et accipit pa-nem ponens cruciferum, nec emens, nec vendens prodit ver-bum, attamen pactum con-sensu voluntatum est ini-tum, sc: facto, ex quo vo-luntas c̄oncluditur.
In his itaq generibus duobus pactorum vlts p̄s̄en̄t̄m̄ habito respectu signorum, quibus hbtr, est aut expres-sa aut tacita. Sed utraq hoc voluntas est vera vo-luntas. Verum praeter hanc veram expressam seu taci-tam voluntatem solet adhuc mendio fieri praesumta vlta-tis (: d. mutmaßlichen Willen)

— Si ex eo, quod alter sive ex obligatione morali sive psychologica velle oporteret, concluditur, eum id actu velle, talis conclusio dicitur praesumtio et velle tali modo conclusa dicitur velle praesumta. Homo enim lege morali ad objecta nonnulla volenda moraliter obligatur, e. g. pater ad consulendam salutem prolium, quia quum incumbit ei officium morale consulendi saluti prolium ideo ad id obligatur moraliter. Si nunc ex hac sua obligatione concluditur, patrem revera velle id, ad quod obligatur, sc. saluti prolium consulere, tunc haec conclusio dicitur praesumta et voluntas ipsa prolium sal. cons. conclusa est voluntas praesumta. Porro homo etiam obligatione psycholog. i. e. proprii commodi gratia necessitatur aliquid velle e. g. si concernit aliquod lucrosum pro

se negotium, tum exinde prodit ei necessitas hoc obj: velle, ast proprii commodi gratia, talis necessitas actionem aliquam ponendi aut omittendi proprii commodi gratia dicitur obligatio psychologica. Si ex hac obligatione ps. concluditur promittentem rem eam velle, ad quam obligatur hac obl: psy., ipsa vlts hoc modo conclusa erit quoq voluntas praesumta, non est itaq vlts actualis vera, sed tantum conclusa ex obligatione sive mor: sive psy: aliquid volendi. —

Quaeritur itaq, utrum etiam praesumta vlts sufficiat ad pactum validum ineundum.

Ut ex pacto uni paciscenti um jus oriatur, tum vlts paciscentium debet indubie constare, quia fundamentum juris una ex parte est obligationis ex altera pte, quae ex pto oriuntur, ast voluntas pcon. tm. Ut igitur hoc jus ex pto quaesitum et obligatio juridica cor.

relata juri sint indubia, tum etiam fundamentum eorum indubium esse oportet. Hanc autem certitudinem voluntas presumta non habet, quia ults presumta est conclusa et praemissa, ex qua hoc conclusio fluit, est mor: vel psych: alterius oblig: aliquid volendi. Hoc autem obligatio certitudinem non parit, cum actu velle id, ad quod obligatur. Certitudo enim est veri habitio conjuncta cum conscientia, oppositum absolute esse impossibile. Jam autem obligatio sive mor: sive psych: oppositum illius, ad quod obligatur, absolute impossibile non reddit, quum obl: mor: et psi: enti r. tantum hypotheticam non absolutam imponit necessitatem. Si ergo premissa, ex qua ults concluditur presumta, certitudinem non habet, ergo etiam conclusio, ergo et ults concluss pres. nullam habet

certitudinem, nam non potest
in conclusione plus esse, quam in
præmissa. In foro igitur externo
non adest certitudo actualis e-
xistentiæ vltts præsumtæ, imo
hæc præsumtio deberet cedere
veritati, si ille, de quo talis
voluntas præsumeretur, direc-
tis verbis oppositum declaravit
ideo proverbium: „Præsumtio
cedit veritati." In jure natu-
ræ igitur præsumtio in pac-
tis ineundis locum non habet.
Si itaq pactum ineatur vali-
dum, h.e. si objectum p̃i tale
est, quod et promittendi physi-
ce et moraliter[1] possibile est,
et a p̃sario[2] possideri potest,
promissio et[3] acceptatio actus
vltts liberi vltts[4] pc̃sandm̃
sunt determinatæ expresse,
quæritur, quis sit juridicus
p̃i validè initi effectus? —
Juridicus effectus p̃i valide
initi est una ex p̃te jus in
obj: p̃i, ex altera p̃te autem
obligi: juridi: illi juri correlata.

Ad hoc demonstrandum debet de-
monstrari, quod ex quovis pacto,
qualecunque sit ejus objtm praesta-
tio seu illi, qui promissum a
promittente acceptat, jus ori-
tur in objm promissum.

Objm pti id tantum esse potest,
quod sphaerae promittentis inest,
et in quod ei jus est; jam au-
tem id, in quod promittens jus s.
exercere potest, sunt tantum
ejus vires et res externae.
Sed ut objtm aliquod pti objm
evadere queat, debet tale esse
qd non tantum sphaerae pro-
mittentis insit, verum etiam
ex eadem excludi valeat.

Quaeritur itaque possuntne
vires promittentis objm pti
evadere?

Vires pttes objm pti evadere
possunt, nam vis manifesta-
tur agendo, dum vis agit,
tum evolvitur ex suo inter-
no fo. hanc igitur evolutio-
nem, id, quod evolvitur, ex-
tra sphaeram hujus vis prorum-
pit, et relate ad hanc vim
ipsam fit externum: Potest

igitur ex sphera excludi, si infuit eidem, hinc etiam potest objectum pacti evadere. Ita si quis promittit erudire aliquem, pacti objectum sunt cogitationes, quas manifestare promittit, si hoc non possunt fieri externe, non possunt constituere objectum pacti; ergo est possibile: forma visibili eas induere. Vires ipse evolute agendo dicuntur actiones. Hinc actiones et res externe unius paciscentis possunt constituere objectum pacti. Pactum depositi, ubi unus paciscens promittit alteri rem aliquam aliquo tempore custodire; pactum locationis, in quo pro stipe operas locant, sunt pacta, quorum objecta sunt actiones. At pactum donationis, pactum mutui, pactum emtionis, pactum venditionis, pactum permutationis sunt pacta, quorum objecta sunt res externe. Si objectum pacti res est, tunc res hoc aut est quo ad individuum suum determinata, vel vero tantum quo ad genus et spe„

ciem nominata. E. g. Si quis dicit, dono tibi 10 coretos tritici, vel si dicit, dono tibi 10 ex meis equis, tum determinat rem quoad individuum; quoad genus et speciem determinata est, quum dicit se donaturum triticum et equos, et ex suis equis et ex suo tritico, est non quoad individualitatem est determinata. —

Quaeritur nunc quale jus adquirat promissarius ex pō, si objm hujus pi sit res?

Si objtm pi est res ext., tunc videndum est, 1.) num haec sit individualiter determinata, vel 2) tantum quoad genus et speciem, vel 3) forte plane indeterminata. E. g. Dabo tibi aliquid. Si objm pacti est res individualiter determinata, et si res haec promittitur et acceptatur absq ulla conditione, tunc secundum jus naturae ex tali pō psarius adquirit jus in rem promissam etiam ante subsequentem hujus rei traditionem?

das folgende (Nam) siehe in 9

Jus naturæ.

Nam si quis promittit rem in„
dividualiter dtrmntm, hac
pmissione rem promissam ex
sua libertatis sphæra excludit,
et a vltate sua rem hanc tqu
suam habendi, denudat, redi„
git ergo eam in pristinum sta„
tum, in quo fuit anteq in sphæ:
libertatis suæ invasa fuerit.
Talem autem rem occupare et
propriam sibi reddere jus est
homini, hinc si pñarius promis„
sum acceptat, hinc vltm su„
am, rem tq suam habendi
huic rei imponit, redigit in s:
libertatis sph:, et hoc modo
illius adquirit dominium. Nam
res hæc promittendo a vltate
promittentis fuit vacua, et
res talis, qualis in pristino sta„
tu fuit, res nullius. Non quidem
stricte nullius, quia promittens
sub hac cond: hanc rem sua
denudat voluntate, ut non qui„
cunq primus, venit eam occu„
pet, sed ut evadat res suum
pñariũ, talis autem res, quam
uni occupare est jus, relate
ad hanc personam est jacens,

hinc talis res indubie determinata relate ad promissarium fit res jacens. Si itaq huic rei in hoc statu imponit s. voluntatem rem hanc tanq suam habendi, est idem, ac si imprimeret voluntatem rei, qualis fuit res in primitivo statu, et ut in primitivo statu dominium adquirit. Modus itaq derivativus in cessante voluntate non differt a modo originario, nam in utroq casu res a volte nuda est et voluntas entis r. tali rei imposita efficit, ut e. r. quod voluntatem suam, rem tq suam habendi ei imposuit, rem hanc suam habet. —

Acceptando itaq promissionem, promissarius adquirit jus, in hanc rem, et quidem jus: in rem hanc libere et exclusive agendi.

— Adq autem jus in rem hanc libere agendi, i. e. libere s. activitatem in hanc rem exercendi, quia hoc res nec est promittentis amplius, quia promittens promittendo suo in hanc rem juri renuntia-

vit, nec alicujus tertii, promit-
tens enim hanc rem excludit
tantum in psarii commodum.
In rem autem, in quam nemi-
ni jus est exercere suam li-
beram activitatem jus est
homini. Sed acquirit psari-
us jus in rem pmssm exclu-
sive agendi seu J. Dominii.
Quia res haec per pmssio-
nis acceptationem redacta
est in sphaeram libertatis psa-
rii. Si itaq alius tertius in
hanc rem suam vellet exer-
cere activitatem, deberet sphae-
ram libertatis inviti possesso-
ris invadere, psario autem
jus est quemvis alium ab
invasione in sphaeram liber-
tatis suae excludendi, ergo et
jus quemvis alium ab exer-
cenda in rem ipsi promis-
sam activitate sua excluden-
di.
Quid autem juris, si objm psi
est res, non quidem individua-
liter, sed tantum genere et
specie determinata?

Promittens promittendo rem
tantum genere et specie deter„
minatam, nondum rem hanc
excludit ex sphera lbtts suae,
sed tantum promittit actio„
nem, qua rem hanc ex sph.
lbtts suae exclusurus est,
res itaq promissa tantum
genere et specie, non autem
adhuc individualiter deter„
minata, manet adhuc in
sphera lbtts promittentis,
et recte ideo psarius rem
hanc in suae libertatis sphe„
ram nondum redegit, nam res
haec non est individualiter deter„
minata, hinc psario adhuc est
ignotum, quamnam rem indi„
viduam prmttns promiserit
ignoti autem voluntas est im„
possibilis. Hinc psarius rei pro„
missae tq sibi adhuc ignotae vlta„
tem, rem h. tq s. habendi non„
dum imponere consequenter
in sphaeram lbtts. s. nondum
redigere potest. Sed etiam, si
nosset psarius, quaenam res
haec sit, tamen voluntatem su„

am, rem hanc sq suam habin„
di huic rei nondum imponere„
posset, quia h: res nondum est
exclusa ex sphq: libertatis prmt„
tnts, adeoq vltts promittentis„
rem hanc tanquam suam ha„
bendi huic rei adhuc inhaeret,
et eo ipso psarius suam vlta„
tem imponere nequit. Jus igitur
in rem ipsam, seu jus reale psa„
rius ex pto cujus objm est res
tantum q et sp. determinata
non autem individualiter, non
adquirit.
Promittens autem promittendo
rem talem quoad genus et spe„
ciem determinatam, proprie
promittit tantum operam suam
eo impendendam, ut res pro„
prius (: nrs̃nr:) determinetur quo„
ad individualitatem, h.e. pro„
mittit propiorem rei promissae,
quoad individualitatem deter„
minationem, optione (: A dsft:)
promittentis faciendam. Talis i„
gitur pri objectum proprie est
actio promittentis, hinc tale jus
ex hoc pacto psarius adquirit,

quale adquiretur generatim ex
illo pō, cujus objectum sunt operę
promittentis, hinc ad intelligen„
dum, qualenam jus ex tali pō
pŝarius adquirat, scire necesse
est, qualenam jus promissario
ex illo pacto oriatur, si promit„
tens non rem, sed tantum ac„
tionem promittit.
Actio entis alicujus est nil aliud,
quam virium hujus entis evolu„
tio. Dum itaq. prmttns actionem
aliquam promittit, nil facit
aliud, quam illam virium sua„
rum particulam, cujus evolutio
hanc promissam actionem constitu„
it, libertati suę seu arbitrio sub„
trahit et libertati seu liberę di„
spositioni pŝarii subjicit. Pŝari„
us itaq in hanc promittentis viri„
um particulam, ut pote arbitrio
prmttnts subtractam, potest vo„
luntatem s. imponere, seu suo ar„
bitrio subjicere, quod re ipsa fi„
it promissum acceptando. Tali
promissione acceptata pŝarius
jus adquirit, de illa virium pro„
mittentis parte, cujus evolutio

promissam actionem et quidem actionis positionem aut omissionem constituit; suo pro arbitrio disponendi, nam ante initum tale pactum, obstabat dispositioni tali jus ejus connatum independentiæ ab arbitrio alterius, huic autem juri quoad partem vir: suarum, cujus promissio hoc pacto est facta, promittens renuntiavit, hinc nullum aliud est impedimentum pro promissario de hac virium parte illius pro arbitrio disponendi.

Ex tali igitur pacto, cujus objectum non res, sed actiones promittentis sunt, promissarius adquirit jus in partem virium promittentis. Quia autem hac virium promittentis pars est personalitatis pars, ideo promissarius in pacto, cujus objectum actiones promittentis sunt, adquirit jus in personam promittentis, hac de causa jus hoc est mere personale, i.e. tale, quod tantum contra promittentis personam competit. Quia vero reliqui homines, qui in pactum non intrarunt, ad ponendam in promissarii

favorem aliquam aut amitten-
dam quamdam, ad quam ponen-
dam jus habent, actionem, non
obligantur, quum talis oblig. de-
beret esse oblig. lege imposita, ta-
lis autem obligatio sola lege ju-
ridica nemini imponitur, hinc
ex illo pacto, cujus objectum operae sunt
paciscens tantum jus ad promitten-
tis personam, non autem in ali-
quem tertium adquirit, qui in
hoc pactum non intrat, quia
cuilibet 3^{tio} competit jus inde-
pendentiae, vi cujus non obliga-
tur se subjicere voluntati al-
terius, et ponere actionem, aut
omittere illam ad quam ponen-
dam in commodum alterius
non obligatur. Exinde fluit re-
gula

Pacta, quorum objectum actio-
nes sunt, dant jura et obligatio-
nes tantum paciscentibus non
autem 3^{tio}.

h.e. jus tantum paciscenti competit
ex promissione promittentis orta,
et nemini 3^{tio} et obligatio jur.
tantum promittenti incumbit, non

vero 3tio alicui. —
Quia autem mediante po cujus objtm res quidem sunt, asl non res quoad individualitatem, sed tantum quoad g. et sp. determinata, promittens proprie pariter tantum actionem suam promittit talem, p. qm objectum promissum proprius quoad individualitatem determinaret, hinc cum id, quod de genere valet, et valeat de specie, cumq ex po generatim, cujus objectum non res, sed actiones quodam promittentis sunt, promissarius non jus reale, sed mere personale adquirit, ita etiam:

Ex pacto, cujus objtm res quodam sunt, sed non individualiter sed tantum quoad g. et sp. determinata psarius non jus reale, sed tantum jus in personam prmttnts adquerit, jus personale, exigendi ab ipso, ut actionem ponat, qua objectum prmssam quoad individualitatem s. proprius determinaretur. —

Cum itaq quodvis pactum objectum aliquod habere debet, hoc autem objectum sunt aut res, aut operæ promittentis, ex quovis autem pacto, sive objectum sit res, sive actio promittentis, pactario semper jus oritur in objectum promissum, hinc nunc potest quæstio resolvi:

"Obligaturne paciscens pacta inita servare seu pacto stare, promissum pacto datum adimplere"? et si obligatur, estne hoc obligatio tantum ethica, vel est etiam juridica? et si obligatio est juridica, Ubi est hujus juridicæ obligationis fundamentum?

Cum ex quovis pacto, pactario jus in objectum promissum oriatur, cumq cuivis juri ex una parte correlata est juridica obligatio ex altera parte jus hoc non lædendi, hinc juri, quod pactario oritur ex pacto correspondet juridica promittentis obligatio pacto standi.

Obligatur itaq promittens obje-ctum pro promissum promissario praestandi. Haec porro obligatio est non tantum ethica, verum etiam juridica, obligatio enim praestandi cuilibet id suum, est obligatio jur. quia correspondet juri ex altera parte, quivis enim habet jus id suum a quovis postulandi.

Fundamentum seu R. hujus juridicae obligationis praestandum pacto stand, in eo fundatur, quia si paciscens non servaret pactum, tum retineret id suum alterius paciscentis invito, eo modo eum laederet, jam autem est generalis omnium hominum erga homines obligatio laedendi neminem et ergo et generalis omnium paciscentium erga suos compaciscentes juridica obligatio pactum servandi.

Fundamentum igitur juridicae obligationis standi promissio est generalis hominum erga homines obligatio neminem laedendi.

Ratio seu fundamentum juris ex pro quaesiti et obligationis jur: huic juri correlatae, est promissio ab uno paciscente facta ab altero acceptata.

Ante factam et acceptatam hanc promissionem, nullus paciscentium habebit jus exigendi ab altero objectum pro promissum, quia hoc jus deberet fundari in sola lege juridica naturali, tale autem jus lex jur: sola nemini tribuit, si enim tale jus lex jur: tribueret, tum huic juri deberet esse obligatio juridica alterius, obj^m hoc ante factum prom^sm et acce^tm hujus promissionis praestandi. Talis autem obligatio per solam legem jurid: nemini imponitur, nam oblig: jur. p. solam legem imposita, est mere negativa, nimirum, non laedendi alium, sed non aliquid ex re nostro praestandi. Hinc ante factum promissum et acceptatum pro-

Jus naturæ.

Hinc ante factum promissum et acceptatum pario jus non fuit exigendi a promittente objm. prmssm. Hoc jus et correlata oblig. juridica obj. prmssm praestandi, oritur primum ex promissione facta et acceptata, consequenter promissio a promittente facta a pario acceptata est R. seu fundamentum juris parii exigendi a promittente obj. prmssum, et obligationis jurid. promittentis praestandi pario istud objm promissum. —
Jam jus istud, et correlata ei oblig. jur. sunt hujus promissionis rationatum. Quum vero Rnatum latius patere nequit Rne sua, hinc consequitur:
Neminem ex pō magis obligari, quam se obligatum esse velle, promissione sua determinaverat. — "
Et quum etiam juris promissario ex pacto quaesiti fundamentum eadem est promissio, hinc:

"Et promissario majus ex pacto oriri nequit, quam quod promittens in eum transferre velle promissione sua declaraverat."

Quia jus ex pacto quaesitum et obligatio huic juri correlata unice in promissione p. promittentem facta, p. promissarium acceptata fundatur, ad faciendam autem talem promissionem promittens juridice non obligatur, sed facere vel non facere tale promissum unice ab ejus arbitrio pendet, hinc etiam unice pendet ab arbitrio promittentis, utrum id, quod promittit incondicionale aut condicionale velit. Potest itaq promittens objectum pti promittere aut simpliciter i.e. incondicionale aut adjecta quadam condicione. Quaeritur itaq, quid sit condicio, et si condicio qualis pto adjicitur, qualis sit illius in validitudinem pti, in jura et obligationes pacticias influxus.

—

Conditio est circumstantia quæ-dam, a cujus eventu ortus seu initium et exitus seu cessatio juris suspenditur. Hac de causa pactis adjici solent conditio-nes, spectatæ suo effectu sunt aut suspensivæ aut resoluti-væ. Si cond. est talis cir-cumstantia, a cujus eventu initium efficaciæ juris suspen-ditur, est conditio suspensiva (aufschiebende Bedingung). Ali-ter conditio suspensiva est ta-lis circumstantia, qua eveni-ente jus efficax esse incipit. E.g. Si quis dicit: Dabo tibi 100 aureos, si in tentamine pu-blico ex jure naturæ classem eminentem sis reportaturus; promissio hic est non simplici-ter, sed sub conditione, si prius classem em. ex jure naturæ obtinebit. Ista ergo reportatio cl. em. est circum-stantia et ab illius eventu pen-det initium juris, h. e. quam-primum accipit cl. em. in tentamine, incipiet jus ha-bere in 100 aureos. Sed cond.

si est talis circumstantia, a cujus eventu interitus juris suspenditur, cond. est resolutiva (auflösende Bedingung) v. aliis verbis, cond. resol. est talis circumstantia, qua eveniente jus, quod ortum fuit, cessat. e.g. Si dicerem: Habes stipendium a me annue 100 aureorum, quod vero stipendium amissurus es, si quodcumque anno 2dam aut 3tiam classem reportaveris, est hic jus in objectum promissum non simpliciter, sed conditionale, hæc autem conditio, si eveniet tollit jus ejus in 100 aureos, ideo conditio est resolutiva.

Sed conditiones hæ, sunt eventus, quivis autem eventus fit juxta certas leges, quæ leges sunt vel physicæ seu naturales, vel leges morales. Ad utramque legem possunt conditiones adjectæ referri. Si referuntur ad legem naturalem, tum erunt aut tales

circumstantiis, quarum eventus legi naturæ respondet et ta-
les eventus sunt physice possibiles, aut tales, quarum ev. legi nat. repugnat, et sunt physice impossibiles. e. g. si quis diceret, dabo tibi 100 au-
reos, si digito lunam tetigeris; aut porro tales, quarum ev. legi morali respondent et sunt moraliter possibiles, aut denique tales, quarum eventus legi morali repugnant et sunt moraliter impossibiles, v. g. si quis diceret dabo tibi 100 aureos, si Filium veneno in-
terficies.

Quæritur itaq, si p̄m inea-
tur sub conditione suspensiva physice et moraliter possibi-
li, qualem effectum juridicum hæc conditio p̄o adjecta in jus ex p̄o quæsitum exserat?

Primum conditio circumstantia ~~eventus~~ est, a cujus ortu initium vel cessa-
tio juris pendet, quivis autem eventus in tempore fiat, hinc permittens admittendo promissio-

oni suæ condicionem suspensivam phy. et moralem possibilem, indicat tempus, quo eveniente, promissario jus in objectum promissi oriatur. Ante eventum igitur condicionis hujus, promissario non est jus exigendi promissum objectum a promittente, et promittenti non est obligatio jur. objectum promissum promissario praestandi, quia ex hoc pacto promissarius jus majus non adquirit, quam quod in eum transferre velle promittens declaravit, et nulla obligatio major, quam adimplere velle promittens declaravit, hinc quum promittens adnectendo promissioni suæ, condicionem suspensivam, per hanc condicionem tacite declaravit, se non prius objectum promissum promissario praestaturum, quam postquam hæc condicio evenerit, consequenter ante eventum hujus condicionis nec promissario jus esse potest, exigendi objectum a pro-

mittente promissione promis-
sum, nec promittenti obliga-
tio jur: incumbere, objectum
promissum p̃o p̃sario praestan-
di. Quamvis autem susp. con-
ditio phs. et m. possibilis p̃o
adjecta nondum extiterit, sed
adhuc pendeat (pendente) tamen
dici nequit p̃sario ex tali p̃o
nullum jus esse: Adquirit p̃sa-
rius ex tali p̃o jus in objm̃
promissum, ast jus conditiona-
tum, pendens scilicet ab eventu
conditionis et hac conditione e-
venta jus p̃sarii, quod hucusque
fuit conditionatum evadit nunc
inconditionatum. Quum itaque
ex p̃o sub conditione suspensa
ph. et mor: possibili inito
evadat jus p̃sario in objtm
promissum ast conditionatum;
quum autem cuivis juri ex
una p̃te correlata est jur: obl:
& v. vice. ex altera p̃te; sequi-
tur. Promittentem habere jur.
obligationem, jus istud hypothe-
ticum, quod p̃sario ex promis-
sione sub condit. susp. phy:

et mor. poss. facta oritur est
referendi, h. e. promittendi in-
cumbere obligationem; ab omni-
bus ejusmodi actibus abstinere,
quibus jus istud pactarii hypotheti-
cum eluderetur /: [illegible] :/ Ista e. g. si dicerem: Dabo
tibi hanc domum meam sub con-
ditione, si uxor mea, quae nunc
gravida est, filium pepererit. Haec
conditio est suspensiva, nam jus
pactario oritur ea eveniente et
est quoq physice et mor. possibi-
lis. Ante eventum donatarius
non habet jus absolutum a do-
nante exigendi donationem do-
mus, at habet jus hypotheticum.
Jus vero hypotheticum est etiam
jus, hinc nemini licet jus istud
laedere, adeoq non licet promit-
tenti, tales actiones ponere, qui-
bus jus istud conditionatum,
p. casum, si conditio evene-
rit, eluderetur. Ideo donanti
non licebit hanc domum ali-
enare tertio cuidam, quum elu-
deret jus donatarii hypotheticum,

faveret, usum juris donatarii prioris impossibilem, manebit itaq donanti obl: jur: omittendi aõnes, quibus jus donatarii qnqm conditionatum, p. casum eventus conditionis e, tuderetur.

Quid autem juris, si pc̃tm ineatur sub conditione resolutiva phy: et mor: possibili? — Cond. resol: est circumstantia talis, qua eveniente jus ex pc̃o quaesitum cessat. Ex tali igitur pc̃o pc̃sarius jus in objctm pacti statim adquirit, ast illud amittit conditione eveniente. Conditio ergo resol: est conditio suspensiva quoad effectum suum inverse se habens. In pc̃o sub conditione suspens: jus quod non est, eveniente conditione oritur, dum in pacto sub conditione resol: jus statim adest, ast amittitur conditione eveniente. Admittendo enim conditionem resolutivam, promittens indicat tacite, p. hanc conditionem resolutivam tempus quo

eveniendo jus promissario ex pacto
in objectum pacti quaesitum ces-
sare deberet. Nam autem jus
promissarii in objectum pacti fundatur
unice in promissione; hinc non
majus jus promissarius in promissio-
ne in objectum pacti adquirit, quam
quod promittens promissione
in illum transferre velle decla-
ravit.

Habetne promittens in obj.
pacti ex pacto sub cond. res. ini-
to aliquod jus?

Cum promittens adnectendo
promissioni suae conditionem res.,
tacite declarat, jus promissarii in
objectum pacti eo usque tantum dura-
turum esse, donec conditio non
evenerit, hac autem conditio-
nis eventu jus in objectum pacti
amissurum et hoc objectum denuo
in sphaeram suam promittentem
redempturum esse. Hinc promit-
tens, habet jus recipiendi in sphae.
s. denuo obj. promissum, sub con-
ditione si conditio resol. eve-
nerit: hoc itaque cond. resol.

est pro promittente conditio suspen-
siva. Quia relate ad promit-
tentem, conditionis hujus even-
tu promittendi jus oritur, objectum
promissum a promissario recipiendi.
Hinc ista conditio rel: relate
ad promittentem talis erit cir-
cumstantia, quod ab illius even-
tu jus promittentis recipiendi
a promissario objectum promissum pen-
det. Talis autem circumstan-
tia est suspensiva.

Qualis est conditio suspensiva
relate ad promittentem?

Conditio susp. si ad promissa-
rium referatur, hinc habet
effectum, quod promissario jus exi-
gendi a promittente objectum pro-
missum non prius oriatur,
quam primum conditionis
eventu, et usque ad eventum con-
ditionis et usque ad eventum con-
ditionis promittens jus habet,
objectum promissum in sua sphae-
ra retinendi. Ast hoc jus cessat
promittenti, dum cond. susp. e-

venit, hinc evadit conditio resolutiva pro promittenti, quae est p̄a-
rio suspensiva; nam relate ad promittentem haec conditio susp. est talis circumstantia qua eveniente jus promittentis retinendi O. promissum cessat. —

Quid autem juris, si alterutra harum conditionum esset aut physice aut moraliter impossibilis?

Spectemus hinc conditionem primum ut physice eventu impossibilem? Quid ergo juris si p̄o adnectatur conditio cujus eventus esset physice impossibilis, suspensiva aut resolutiva?

Quum conditio sit circumstantia a cujus eventu ortus vel interitus juris suspenditur, quivis autem eventus in aliquo tempore fieri debet, hinc adnectendo conditionem sive susp. sive resol. promittens indicat tempus, quo eveniente objectum pacti ex illius sphae-

au and

and and anes and

and and and and

20

153

7.

Jus natura.

in sphę: p̄sariȗ transire deberet
sive vice versa. Si itaq adne=
tit promissioni conditionem,
quam physice impossibilem
esse scit, tunc promittens indi=
cat, se tunc demum objtm pro=
mssm p̄sario prestare obliga=
tum fore, quando hęc conditio
evenerit, atqui hęc conditio
nunquam eveniet, nam est
physice impossibilis, ergo et
nunquam eveniet tempus, quo
promittens obligatus esset,
objtm promssm p̄sario dare.
Promittens itaque adnectendo
promissioni conditionem phy=
sice impossibilem, ast sibi
notam, satis declarat, se ob=
jectum promissum promissa=
rio nunquam daturum esse.
Quia autem ex pacto nullum
majus jus oritur, q̄m quod
promittens p̄sario transferre
velle declarat et nulla major
obligatio, quam qualem adim=
plere velle promittens decla=
rat, igitur nunquam jus p̄sa=

tio in objectum p̄ti oritur. Promissio igitur conditione suspensiva physice impossibili facta, pactum nullum reddit.

Quid autem juris, si conditio suspensiva physice quidem possibilis est, at moraliter impossibilis? h. e. talis, quae spectatis viribus p̄sarii est spectatis legibus naturalibus physicis fieri potest, cujus tamen eventus sive legi ethicae sive juridicae repugnat.

Conditio moraliter impossibilis est illa, cujus eventus repugnat legi alicui morali, lex autem moralis est duplex, ethica et juridica; ethica autem lex seu offm potius lege ethica impositum est aut negativum seu absolutum, aut afferm. seu hypotheticum. — Utrum conditio aliqua suspensiva p̄ti adjecta repugnet alicui negativo seu absoluto ethico promittentis officio, id non tantum promittens ipse, verum et quivis alius homo scire potest, nam eth. leg. abs. id re-

pugnat, quod repugnat Rnis ideæ. Rnis idea autem in quovis homine eadem est, hinc homo quivis comparans aonem cum Rnis idea statim cognoscit, num hoc actio repugnet legi seu Rnis ideæ vel non. Ast utrum adimpletio alicujus promissionis repugnet alicui hypothetico promittentis ethico officio, id tantum promittenti ipsi et Deo notum esse potest. Verum, utrum repugnet promissionis adimpletio, legi juridicæ, id etiam in foro externo cognosci potest; nam quæ sint em rm jura, homo cognoscere potest quivis, nam fundantur in Rne, quæ in omni homine est eadem.

Hoc ergo quæstio: qualemnam habet effectum jur. in pri validitatem cond. susp. physice quidem possibilis, ast moraliter impossibilis, debet cum distinctione resolvi:

Qualem xxxxx habeat jurid. effec-

tum cond. susp. pro adjecto illa cujus eventus actu jurid. r absoluto ethico repugnat.

In hac quaestione solvenda doctores juris non conveniunt. Sunt multi, et inter eos autor noster, qui contendunt, pm sub cond. susp. moraliter impossibili initum invalidum esse repugnant et Rnem in eo ponunt: Pactum jut ex theoria de pactis notum est / cujus objectum est moraliter impossibile, invalidum esse. Pm autem sub conditione susp. mor. imp. initum est tale, cujus objm est aliquod moral: impossibile, hinc est invalidum.

Refutatio.

Ut hac in re maxima, quantum fieri potest, cum impartialitate procedamus, debemus videre, qualenam sit pactum sub conditione suspensiva initum, quod positionem alicujus actionis moraliter imposs. postulat.

Proinde notandum est, in pto di

ex posse, quod unus tantum pa-
ciscens promittat, alter vero
acceptat, ut id est in pacto dona-
tionis, ubi donans est promit-
tens, donatarius promissarius. Talia
pacta dicuntur unilateralia. —
Sed potest fieri, quod uterque pa-
ciscens aliquid promittit, et
acceptet; unus promittit, alter
priori repromittit, ut id in pacto
venditionis et emptionis est,
ubi venditor promittit pro
certo pretio rem dare, et emptor
promittit pro re, certum preti-
um. In tali pacto, uterque pacis-
cens promittens est; et promissarius
simul, et talia pacta dicuntur
bilateralia (einseitig u. 2sei-
tig verbindliche Verträge).
Considerabimus nunc bilaterale
pactum, e. g. si quis dicit:
Dabo tibi 100 aureos, si fal-
sum judicium in mea causa
protuleris. In pacto bilatera-
li sunt 2 pacta objecta, nam tale
pactum est compositum ex
duplici promissione, et 2plici

acceptatione permissus, quum
autem id, quod promittitur in
pacto, est pacti objectum, hinc duo
erunt in pacto bilaterali objecta,
e.g. in nostro exemplo, promit-
tit unus paciscens solvere 100
aureos, et hi 100 aur: sunt pacti
objectum, ast ille unus paciscens
non promittit hos 100 aur: sim-
pliciter, sed sub conditione de-
positionis falsi juramenti, si
alter paciscens, hoc fal: jur. pro-
mittit, tunc hoc f. jur. consti-
tuit objectum 2do promissionis et
est 2dum pacti objectum. —
Quum igitur in pacto bilaterali
2 sunt objecta, tunc est quidem
verum, quod in pacto sub condi-
tione susp. mor: impossibili
inito objectum pacti sit moraliter
impossibile — ast est verum
tantum pro parte, quia in tali
pacto non est unum pacti objectum,
sed duo, quum duo sint promis-
siones. Unum eorum objectorum
non est illicitum, adeoq non mo-
raliter impossibile.
Sic in nostro exemplo: ut dentur

tio aures alicui, nulli id repug-
nat legi: At alterum est
moraliter impossibile sc: pro-
statio falsi testimonii; Hinc
quum p̄t̄m, cujus objtm est
moraliter impossibile, sit in-
validum, inde sequitur, quod
altera promissio, cujus objtm
est moraliter impossibile, inva-
lida sit, inde ex hac altera
promissione, cujus objtm est
mora: impossibile, ei cui
promissio facta est, non nas-
citur jus, adimpletionem hu-
jus promissionis exigendi;
quia si nasceretur tale jus,
tunc huic juri deberet ex al-
tera p̄te obl: juri: oriri, hanc
promissionem adimplendi et
quum hoc promissio sit mora-
liter impossibilis, tunc deberet
obl: juri: ad praestandum impos-
sibile.
At quum prioris promissio-
nis objtm non sit moraliter
impossibile, hinc si alter pa-
ciscens, hanc promissionem ac-

acceptat, tunc adquirit jus in illud
alt: objectum promissum, quum nil
obstat, huic acceptationi, quia
promittens excludit objectum hoc ex
sph: lib. suæ, nihil obstat, quin
reciperet in sphæram suam. —

Sed posset objici: Iste, qui promi-
sit aliquid in tali promisso, qualis in no-
stro exemplo hoc loco cur: / non
promisit gratis, sed sub conditi-
one / sc: ut juramentum falsum
præstaretur: / hoc autem testimo-
nium falsum exigendi ab eo
jus non habet. —

Verum est, quod falsum testimo-
nium, hoc ab eo exigendi non
habet jus, adeoque eum etiam co-
gere nequit, ut præstet — sed
quid, si sua præstet sponte
hoc juramentum, an non ha-
bet jus exigendi ab illo, qui
ei promisit id, quod ei est
promissum? Jus hoc ei ori-
tur juxta leg. naturæ; nam cond.
susp. promisso adjecta est nil aliud,
quam indicatio temporis, quo
promissario jus esset exigendi a pro-
mittente objectum promissum; tempus
autem hoc evenit, nam juramentum
sua sponte dedit, ergo etiam jus

ei oritur, postulandi a promittente objectum promissum sc: 100 aureos. Quod si itaq pactum initur sub cond: susp: mrltr impossibili, ex tali pto promittenti jus non est, exigendi a pactario adimpletionem conditionis moraliter impossibilis, ad mor. imp. autem nec jus datur, nec obligatio imponitur: si autem pactarius hanc illicitam conditionem sua sponte adimpleverit, tunc promittens obligatur juridice objectum praestandi ipsi pro adimpletione conditionis promissum, nam objectum promissum non est mrltr impossibile, hinc et acceptatio non est moraliter impossibilis.

Hoc ergo promissio acceptata constituit pactum validum, pactum autem validum dat uni jus, alteri obligationem. Hoc pactum componitur ex duobus pactis, uno licito, altero illicito. Illud, quod promittitur est licitum, hinc moraliter non impossibile, itaq pactum validum, nam nil ejus validitati obstat, alterum invalidum, ideo

ex altero pro promittendi non est
jus, exigendi adimplendam condi-
positam, nam haec conditio est
moraliter impossibilis. —

Si igitur conditio pro adjecta
suspensiva moraliter impossibi-
lis est, tunc hoc pactum relate ad
obligationem promittentis non
est invalidum, est relate ad re-
promissionem promissarii, i.e. ad
permissum praestandi conditio-
nem, est invalidum.

Quid autem juris, si praestatio
objecti promissi pacto, suspendi-
tur ab eventu conditione sus-
pensiva non reflexu ejus physi-
co eventu, sed tantum habita
ratione ejus moralis validita-
tis h.e. si promittitur sub
ea conditione, ut promissarius ad-
impleat conditionem, quae in
se spectata est moraliter im-
possibilis, tamen qua morali-
ter possibilem spectatam. E.g.
Dabo tibi 100 aureos, si pro-
miseris mihi perjurium et ju-
ridice et ethice validum, hinc
suspensa permissionis quaestio

a morali ejus validitate. —)

Porum ejusmodi conditio, quæ licet in se spectata immoralis sit, nunquam moraliter valida fieri potest, tunc talis conditio spectare, tur tanquam physice impossibilis, hinc idem de ea valet, quod de conditione suspensiva physice impossibili valere dictum est, sc: conditio talis nullum reddit pactum, promissio spectetur quasi nunquam facta, ideo et pactum spectandum tanquam nunquam esset initum. —

Qualenam autem jurid: effectum exserit jus ex pto quæsitum, si conditio huic pto adnexa fuerit resolutiva et moraliter impossibilis?
[e. g. Si diceret promittens. Assigno tibi stipendium 100 fl., quod tamen amissurus es, si quando ingratum te erga me præstiteris. Conditio, quæ pto adnecti, tur, est resolutiva, nam ea eveniente stipendium amittitur, ast est etiam moraliter impossibilis, repugnat enim legi morali ingratum esse erga benefactores. —

Natura conditionis resolutivæ pacto adjecta est, quod ex tali pro-jus in objectum promissum promissarius sta-tim adquirat, at jus hoc amittit, si conditio evenerit. Sed quum quivis eventus, in aliquo tempore fieri debet, tum ista promissio denotat tempus, in quod jus hoc durat, quo elapso amittitur. Sed est hæc conditio resolutiva etiam moraliter impossibilis quidem, quia repugnat legi morali, ut in nostro exemplo; quum autem hæc conditio quam-vis sit moraliter impossibilis, physice tamen non est impossi-bilis adeoque evenire physice a-liquando potest, hinc si evenit, evenit tempus hac conditione per promittentem designatum, ad quod usque ex voluntate promittentis jus promissarii in ob-jectum promissum durare debet, et quo eveniente jus promissarii quo-que ex voluntate promittentis ex-spirare debet. Hinc conditione resolutiva quamquam morali-ter impossibili, physice tamen

21.
161
Z

Jus naturæ

x

physice tamen possibili, evenien-
te jus pactarii in objectum promissum
cessat. —

Quid autem, si amissio juris pacta-
rii, ex pacto quaesiti, non esset
suspensa a physico conditionis
moraliter impossibilis eventu, sed
a morali ejus validitate. E. g.
si dicerem: Dono tibi hanc
domum, hac tamen lege, te
domum hanc amissurum esse,
si quod perjurium moraliter
validum comissurus es. Condi-
tio est resolutiva, nam juris exi-
tus pendet ab eventu illius, est
etiam moraliter impossibilis,
nam perjurium repugnat legi
morali. Quid hic juris? Cum
amissio juris non est suspen-
siva physico conditionis even-
tu, sed morali validitate, mo-
ralis autem validitas talis con-
ditionis nunquam evenire po-
test, nam nunquam potest esse
permissum id, quod lex vetat
|: ita in exemplo nunq potest
fieri perjurium validum: | hinc
jus pactarii in objectum pacti quae-
situm nunq cessabit, sed eo
usq durabit, quousq promissario

placuerit, talis conditio est non adjecta, pro quo incondicionate inito censenda est.
Quia ab arbitrio promittentis pendet, an et quantum promittit, adeoque an et quantum se alteri obligare vellet, hinc potest se obligare vel in perpetuum vel ad certum et determinatum tempus. Jus igitur est promittenti obligationem suam, quam promittendo intraxit, et jus promissarii huic obligationi correlatum limitandi eventu certi cujusdam temporis, seu jus ipsi est, obligandi se ad certum aliquod tempus. Hoc tempore eveniente et obligatio jur: cessabit, nam quo nemo magis obligatur, quam se obligari velle declaravit. E.g. Si quis dicet; Dabo tibi per 10 annos annuo 100 fl.; elapso hoc tempore non obligatur promittens promissario solvendi 100 fl., nam se ipsum tantum ad solvendos 100 fl. a hodie per 10 annos obligatum esse voluit. Itaque non licebit promissario elapsis a hodie 10

annis exigendi 11mo aut poste-
riori anno 100 fl., nam nemini
ex pto majus jus oritur, quam
quod se transferre velle promit-
tens declaravit.

§. Quamvis ptm unione volun-
tatum utriusq paciscentis cria-
tur, quum tamen voluntas sit
aliquid interni invisibilis, hinc,
ut hoc mutua paciscentium
voluntas, iisdem paciscenti-
bus innotescat, paciscentes
hanc suam voluntatem signis
externis manifestent necesse
est. Signa hoc sunt aut voca-
bula aut facta, ideo pro diver-
sitate horum signorum, qui-
bus paciscentes, voluntatem su-
am mutuam determinate ma-
nifestent, pacta abeunt in ex-
pressa et in tacita.

Si paciscentes in declaranda
voluntate sua vocabulis utun-
tur, fieri potest, quod paciscen-
tes oblm suam his verbis aut
non adequate aut non satis cla-
re exprimant, et quidem, 1) ob
usum in sermonis brevitate,

2) vel ob propensionem in sermonis prolixitatem, vel 3) ob ignorantiam linguæ.

Priores minus alteri plus dicunt, quam oportet, tertii possunt impropria uti expressione, adeoque vocabulis, eorum mentem imperfecte exprimentibus.

His ex rationibus est opus certa interpretatione: Erklärung ad eruendam genuinam paciscentium mentem.

Hæc interpretatio, non potest relinqui arbitrio unius vel alterius paciscentis a) non potest relinqui arbitrio promittentis; quia promittens, si liceret juxta ejus arbitrium pm interpretari, et pāarius adquiescere deberet, tunc pm ita interpretaretur, ut jus pāarii ex promissione quæsitum eluderet. b) Si autem remitteretur interpretatio pacti arbitrio pāarii unice, tunc pāarius ita pactum interpretaretur ut per hoc pactum promittenti majus onus imponeret, quam ad quod promiserit

se obligavit. —

Neutrius igitur paciscentis ar-bitrio interpretatio pacti re-linqui potest, sed facienda est hoc interpretatio juxta leges universaliter validas, h. e. tales, quas quodvis e. r. pro ve-ris et validis assumere debet, si tanquam e. r. cogitare et agere vult. —

Ut autem regulam aliquam omnia e^a^ r^a^ pro vera agno-scere possint, ac debeant, regu-la hoc ex tali promissa con-cludendo derivari debet, quae in omnibus entibus r. est eadem, et talis promissa est rationis natu-ra, nam rationis natura, in omni ente r. est eadem, hinc ut regulae interpretationis sint universaliter validae pro om-ni ente r^li^, tunc tanquam ex promissa, ex rationis hac natura derivari debent.

Est duplex est interpretatio: alia est grammatica seu phi-lologica, alia philosophica seu logica. Prior connatur eruere genuinam paciscentium mentem

ex verbis pacti, eorumq. nexu grammatice, altera, genuinam paciscentium mentem conatur eruere ex fine pacti. Pro utraq. sunt quædam regulæ in ipsa rationis natura fundatæ, quæ regulæ erunt regulæ interpretationis.

Venit nunc hoc quæstio solvenda. Licebitne pro arbitrio hac vel illa interpretatione uti in eruenda genuina paciscentium mente, vel forte certus erit observandus ordo?

Prius adhibenda est interpretatio philologica seu grammatica, nam proximum et immediatum mentis paciscentium signum sunt verba, ideo enim paciscentes utebantur verbis, ut his verbis id, quod voluerunt exprimant. Conclusio ex fine pacti est etiam medium, ast est remotum, hinc interpretatio pactorum philosophica tantum tunc adhibenda erit, si interpretatio grammatica non poterit caliginem quæ paciscentium tegit mentem, discutere; i.e. si verba pacti

spectata grammatice sensu non essent sufficientia ad eruendam genuinam paciscentium mentem. Interpretatio philosophica igitur tantum in subsidium erit adhibenda.

Quaeritur nunc, quae sunt regulae interpretationis grammaticae in ipsa rationis natura fundatae?

1. Paciscentes in pacto ineundo utuntur certis vocabulis et quidem eum in finem, ut sibi mutuam voluntatem declarent. Sed iste finis esset absolute impossibilis, nisi paciscentes uterentur verbis in eo significatu, quem haec verba tempore initi pacti in communi loquendi usu haberent; inde resultat regula prima.

I. Vocabula, quibus paciscentes ineundi pactum usi sunt, sumenda sunt in eo significatu, in quo haec verba in communi loquendi usu illo tempore, quo pactum initum est, usitari solebant, nisi adsunt rationes ab hac regula recedere cogentes, quae dedicun-

tur.

α vel ex nota consuetudine loquendi unius v. alterius paciscentis,

β. v. ex loci in quo pactum initum fuit consuetudine

γ. vel ex qualitate status, in quo unus alterve paciscens tempore initi pacti vixit.

Ista e.g. α. oriri potest absurdum, si unus alterve paciscentium verbo utitur, quod communi consuetudine interpretatum longe aliam habet significationem. Sic verbum praescriptio in jure aliquid aliud, ut in communi vita significat. Erit itaque β. spectandum, an forte in loco, ubi habitat unus paciscentium non sit conjuncta cum eodem verbo alia significatio. Si e.g. civis Leopoliensis et incola reipublicae Cracoviensis pactum inirent, cujus objectum sunt aves gallinae et utentur verbo gadzina – circa Cracoviam usitato, esset aliquid ridiculi, nam Cracoviensis quidem intelligit sub verbo „gadzina" aves gallinas, at Leopolianus subsumit huic conceptui serpentes

et alia rescilia, 4. Denique usi-
tantur in quovis officio in qua-
vis arte expressionis technicæ,
quas quoq non quisq intelli-
git. Hoc contendit cum voca-
bulo praescriptio. Hæc vocabu-
la sumuntur in communi lo-
quendi usu.

2. Sed fieri potest, ut paciscentes
uno ictu, i. e. paucis verbis su-
am mentem nequeant declarare,
sed p. totum pti tenorem; hinc
si in tali pto ex uno pti loco vo-
ltas paciscentum non satis clare
innotescit, tum ille pti locus
comparandus est cum aliis, sc:
cum talibus, in quibus pacis-
centes de eodem loquuntur ob-
jecto. Tales loci dicuntur pa-
ralleli. Unde regula secunda. —

II. Comparandi sunt loci pa-
ralleli, quia quamvis forte in
uno loco paciscentes voluntatem
suam non satis clare expressis-
sent, in alio loco clarius expres-
serunt, hinc ex alio loco magis
clara evadere potest mens pascentm.

III Spectanda sunt acta pa-
ciscentm statim post initum pa-

tum gesta, locum sibi nunc controver-
sum [; nunc non satis clarum;] re-
spicientia, quia statim post ini-
tum pactum vera paciscentium vo-
luntas fuit paciscentibus in re-
centi adhuc memoria, non potest
ergo praesumi, eos in hoc statu
contra pactum agere voluisse, sed
praesumendum est, pacto confor-
miter agere velle eos.

Si autem p. interpret. philologi-
cam nullo modo mens genuina
paciscentium erui potest, eo in casu
refugiendum est ad interpreta-
tionem logicam, i. e. videndum
est, utrum ex fine pacti mens
paciscentium non potest erui.

Certum enim est, paciscentes pactum
inire certum intendentes finem,
et pactum seu oblta pacto expressa
esse tantum media, ad hunc fi-
nem. Ex noto igitur pacti fine
potest erui voluntas paciscentium
tq. hujus finis medium. Finis au-
tem pacti debet innotescere ex
pacti tenore [; Innhalt:] adeoque
per interpretationem gramati-
cam, Noto itaq. pacti fine, se-
quentes regulae interpretationis
ex hoc pacti fine eruuntur. —

1. Certum est eum, qui aliquem finem vult, velle etiam media, ad obtinendum finem idonea et necessaria, quia finis et media sunt duo inter se connexa, qui vult unum ex duobus necessario connexis, non potest non velle alterum eorum, si rationabiliter vult, hinc si paciscentes pacto quemdam certum intendunt finem, hinc volenda sunt et media, quibus nimirum illi pacti finem assequi voluerunt, quamvis in pacti tenore de his expresse non sit loquutum. E. g. Si ego do alicui mandatum (pleni potentiam) ad recipiendos a 3^tio 300 fl quos mihi ~~[illegible]~~ debet. Sed in ipso mandato nihil dicitur de potestate mandataria a me data, ipso 3° 300 hos fl quietandi, quam quietantiam ipse tertius pro securitate sua postulat. Ast potest intelligi hoc potestas ex fine pacti, nam si ego do ei potestatem ad finem sc: sumendos 300 fl non possum non dare potestatem ad medium sc: quietantiam de istis 300 fl secus irrationaliter agerem. Unde regula:

Intendatur certus pr̃ finis, ex quo vlls pacisctm̃ sq medium ad istud finem cognoscitur.

2. Qui vult certum finem, non potest velle hujus finis impedimenta, quia contradiceret sibi, quum vellet finem et non vellet, volendo impedimenta; hinc paciscentes, qui pacto certum intendunt finem, non possunt velle hujus finis impedimenta, quamvis spectata sicca pacti litera aliquid simile voluisse viderentur.

3. Qui vult certum finem, et ideo ad media obtinenda huic fini idonea et necessaria se obligat, non potest censeri ad hoc media etiam tunc obligatus esse, si finis ipse evaderet obtentu impossibilis. Quum R. obligationis volendi medium est finis, fine hoc obtentu impossibili evadente, cessat R. obligationis ad medium, hinc cessante etiam Rnatum cessare debet.—

4. Qui vult certum et determinatum finem, et ideo ad adhibenda media huic fini idonea

Jus naturę.

170

t necessaria se obligat non potest censeri se ad media ista etiam ad alium finem ob-tinendum obligasse, hinc si paciscentes pro inter se inito certum atq determinatum ob-tinendum finem, et ideo ad me-dia ad obtinendum finem ido-nea et necessaria se obliga-runt, non possunt censeri ad media adhibenda etiam ad alios fines obtinendos, obliga-tos esse, nam R. obligatio-nis volendi media continetur in voluntate finis. Obligatio itaq volendi media tq Pnatum non potest esse latior Rne sua, atqui latius esset Pnatum sc: obl: vol: med. sua Rne, si paciscens haec media, quae vi pacti ad certum et deter-minatum finem adhibere se obligavit, etiam ad alium quemdam finem adhibere obli-gatus esset. E. g. si unus pa-ciscens se obligaret impen-dendo operas suas erudien-diendis prolibus alterius pa-ciscentis, poteritne ille cogi,

ut suam operam etiam aliis alterius paciscentis negotiis, e.g. oeconomicis impendat? Non, quia ille volendo finem sc: erudiendi proles et obligando se ad operam huic negotio impendendam non censetur se esse obligatum ad alios fines illius impendendi operam suam. — Quodcunq paciscentes ineunt inter se pactum, obligationes contrahunt põ respiciendo personales qualitates alterius paciscentis et tantum ob harum personarum qltes pactum ineunt et obligationem contrahunt. Tales obligationes dicuntur personalissimq et jura, his obligationibus correlata dicuntur jura personalissima. Ita e. g. si quis suscipit in famulitium s. certam quemdam personam, tum suscipit in famulitium suum ob personales qltes, et alter suscipit eum pro domino etiam ob per: qualitates. Jura ex hoc pacto orta et obligationes sunt personalissima.

Jura personalissima et obliga-
tiones prssq in alias personas
transferri non possunt, quia R.
initi ejusmodi pacti, ex quo
prssma jura oriuntur, sunt
personales alterius qualitates,
jura ergo ista sq Rnata non
possunt latius patere sua
Rne, extenderentur vero la-
tius sua Rne, si hoc jura
etiam in 3tiam quandam per-
sonam, quae in hoc pactum
non intravit, transferri posset.
Ita non potest famulus in s.
locum alium quemdam sub-
stituere, neque herus in suum
locum, nam pactum hoc ini-
tum est ob pers. qultts. Talia
quoq jura et officia sunt ju-
ra conjugum, nam pactum
conjugale est initum habito
respectu personalis sponso-
rum qualitatis.
Ex his regulis interpretationis
philosophicae patet, interpre-
tationem gramaticam aliquan-
do latius, aliquando angustius
extendi debere, quam juxta
sitiam pacti literam extendi

deberet. Ista juxta primam in-
terpretationis philosophicae re-
gulam interp. grammatica
deberet ad alios casus exten-
di, quam quod in stricta pacti
littera comprehenditur. Jam
autem juxta 2dam regulam
int. gr. ph restringenda esset.
Hac de causa interpretatio
philosophica potest esse jam
extensiva, jam restrictiva,
prout per eam pacti verbis
angustior vel latior signi-
ficatus dari deberet, quam
juxta pacti strictam litteram
habere deberent.

Huc usq egimus de eo, quo-
modo pacta oriantur, et de
juribus pro producendis, quae-
ritur adhuc: "quibusnam modis
jura ex pactis orta et corre-
lata his juribus officia cessent.

De modis, quibus officia et jura ex pactis orta exspirant.

Modi, quibus jura ex pactis orta et correlata illis officia cessant, sunt 2plices, scilicet modus iste potest esse vel voluntarius vel non voluntarius, prout modus iste extinguendorum jurium ex pacto quaesitorum ab arbitrio paciscentium pendet, vel non. Ita v.g. renuntiatione juris ex pacto quaesiti jus cessat, sed renuntiare juri, aut non renuntiare juri, id unice pendet ab arbitrio paciscentis, ideo et exstinctio juris per renuntiationem est talis modus amittendi juris quaesiti, qui unice pendet ab arbitrio promittentis, ideo modus voluntarius. At si debitor creditori stipulato tempore solvit summam totam, quam debet, tum cessat jus creditoris, at hoc jam non dependet a sua voluntate, invito enim eo exstinguitur hoc jus.

Modus iste exstinguendi juris est non voluntarius. —
Autorem nostrum sequentes, qui hos diversos jurium amittendorum modos promiscue exponit, ita hosce modos ut ipse.

Solutio

I. Primus modus, quo jus ex pacto quaesitum, et correlata ei jur: obl: cessat, est Solutio. Solutio in jure est praestatio illius, quod ex pacto debetur, est ergo praestatio objecti promissi. Solutio ergo in hoc sensu non consistit unice in numeratione aeris parati, sed generatim in illius praestatione, quod pacto promissum est. — Solutione jus psarii ex pacto quaesitum et correlata h. j. obl. j. cessat. — nam psarius adquirit ex pcto tantum jus in id, quod ipsi pacto promissum est, hinc si promittens totum id, quod promisit, psario praestat, nil est amplius in promittentis sphaera, in quod psario jus esset. Hinc praestata plena solutione, i.e.

praestato toto eo, quod promis-
sum est, pactarius nullum am-
plius in pacto jus habet erga
promittentem. —

At, ut p. solutionem jus
pactarii ex pacto quaesitum
et obligatio juridica pro-
mittentis penitus cesset, requi-
ritur, ut promittens totum
id praestet, quod pacto pro-
misit, quia, si non totum
praestiterit, sed tantum par-
tem, tunc residuum, quod
in effectu illius manet, esset
tale, in quod pactario adhuc
jus esset.

Sed ut p. solutionem jus pacta-
rii ex ~~quo~~ pacto quaesitum, et
cor. h. j. obl. j. cesset, requi-
ritur, ut objectum promissum
non tantum integrum, sed
tempore quoque et modo in
pacto stipulato et loco in
pacto determinato praestetur,
quia stipulatio certi tempo-
ris modi et loci praestandae
solutionis sunt totidem pacta,
ex quibus pactario jus ortum
est, exigendi, ut solutio fiat

I totum debet praestare

II tempore stipulato.

tempore ac loco modoque stipulato. Si itaque debitor solutionem totius quidem objecti praestaret, ast in alio loco aut alio modo, aut tempore, quam pro eo determinatum, promissarius non esset obligatus juridice, talem solutionem acceptare, quia non potest promissario aliquid eo invito obtrudi, quam id quod ei jus est, e.g. Si in pacto stipulatum esset, ut solutio fiat Leopoli, tempore nundinarum (mense Junii) et debitor vellet solvere Tarnoviae mense Septembris, tum promissarius non esset obligatus jur. hanc solutionem acceptare.

III tantum per determinatum.

Ista etiam non potest solutio valide fieri per aliud, quam quod promissum est, etsi id esset aequivalens. Ponamus stipulatam esse, solutionem certae pecuniae quantitatis et debitor creditori vellet dare loco pecuniae certam frumenti quantitatem, tunc creditor

non esset obligatus frumentum pretiumq acceptare; creditor enim jus habet id a debitore exigendi in quod ei qui sibi jus competit et debitor creditori aliquod objectum aequivalens obtrudere nequit, nam laedit jus ejus independentiae. Si vero creditor in aliud objectum consentit, tunc quum volenti non fit injuria, debitor potest objecti promissi loco, aliud aequivalens praestare. Jam autem regula, quod creditori invito objecti promissi loco aliud quidquam objectum priori aequivalens obtrudi nequit, tantum eo usque valet, quousque objectum istud promissum in natura haberi potest.

Quodsi istud objectum in natura haberi non posset, quod tunc esset, si objectum promissum esset individualiter determinatum et periisset, tunc creditori jus et obligatio esset loco objecti promissi aliud aequivalens acceptandi et non esset jus, omnino id ipsum objectum promissum exigendi, nam si esset tale jus, tunc huic juri correlata esset oblig. a parte altera ob-

jectum dandi, quod non existit in natura, adeoque obligatio ad impossibile.

Remissio

II. Modus alter, quo jura ex pacto quæsita et cor. h. j. obl. j. exspirat, est Remissio j. Erlassung, Entlassung: j. i. e. renunciatio juri ex pacto quæsito per promissarium facta. Ille enim qui jus quæsitum ex pacto habet, est promissarius. Si itaque ille, objectum istud, quod acceptando promissum in suam libertatis sphæram redegit, ex hac libertatis sua sphæra denuo excludit, tantum jus suum in objectum hoc promissum renunciatum amittit, et promittenti possibile reddit, hoc objectum, tanquam p. renunciationem a libertate promissarii denudatum, in suam sphæram recipiendi et pro suo rationabili usu disponendi.

Ast ut p. remissionem jus ex pacto quæsitum amittatur, requiritur, ut jus istud tale sit, cui renunciare possens valide potest. Ita si quis nomine minorennis personis pactum iniret cum alio, tunc hæc persona minorennis tempore,

quo ejus minorennitas durat, juri ex pacto quaesito valide renuntiare nequit: imo dantur jura, quibus homo etiam majorennitate gaudens renuntiare nequit valide, sc. in hoc casu, si haec jura sunt simul officia, nemo eundem se a suo officio liberare potest. Talia jura sunt jura conjugum, quae simul sunt officia, conjuges non possunt suo juri ex pacto conjugali quaesito renuntiare et matrimonium dissolvere. In aliis autem pactis potest jus promissarii ex pacto quaesitum cessare, si promissarius est talis persona, quae jure gaudet de suis juribus pro suo rationali arbitrio disponendi. Si hoc pactum est bilaterale, utraque paciscens potest valide suo juri et suae obligationi renuntiare.

Solutio est modus, quo jura ex pactis quaesita exspirant, sed ex talibus pactis, quae jam sunt perfecta. pactum perfectum est promissio a promissario acceptata. Idem ipsum est in remissione. Remitti potest tantum jus, quod

adhuc competit. Sed si esset objec-
tum promissum p[ro]missario jam pre-
stitum, tunc jus p[ro]missarii ex pac-
to ortum cessaret p[er] solutionem,
hinc ergo remissio locum non
haberet, quia pactum jam esset
consummatum :/: vollzogen :/

Pactum consummatum tunc dicitur,
si id, quod p[ro]mission fuit,
jam p[ro]missario est praestitum. Hinc
pactum potest esse aut perfec-
tum tantum, aut etiam consu-
matum. Si est objectum jam
praestitum, tunc p[ro]missarius nullum
aliud jus in obj: p[ro]missum habet,
hinc juri, quod non habet, renun-
tiare non potest. Si tamen vel-
let hoc objectum denuo trans-
mittere in sphaeram promitten-
tis, deberet illud restituere pro-
mittendi, adeoq[ue] novum pactum
inire, nam et promittendi id,
tud, quod ex sph. s. excludit,
obtrudi nequit.

III. Tertius modus tollendi jura et
obligationes pactis quaesita est
Compensatio :/: Gegenrechnung :/
Est autem compensatio solutio per
liberationem p[ro]ponentis jus ex p[ro]

28

177

E 6

Jus naturæ.

ω.

jus ex pro quaesitum habentis)
a reciproca illius ergâ alterum
paciscentem (debitorem) ipsi
ex hoc pacto obligatum juri-
dica obligatione per hunc al-
terum paciscentem facta. e.g.
Cajus emit equum a Titio, et
stipulat ei pro 40 aur. numos.
Sed Titius Cajo debet ex alio
negotio ponamus ex mutuo
pariter 40 aur. num. Nunc
Cajus ad Titium dicit: Tibi a
me pro equo debent 40 a. n,
mihi tu debes quoq 40 a. n.
ex mutuo, ergo hos 40 a. n.
quos mihi debes, compenso p.
equum, quem tu mihi das. In
compensatione supponuntur ~~mutu~~
mutuae praetensiones, creditor
habet praet. ergâ debitorem,
et debitor ergâ creditorem, nunc
debitor suum debitum credito-
ri solvens, liberat se a recipro-
câ ergâ debitorem obligatio-
ne.
Quaeritur estne compensatio re
ipsa solutio, quia tandem
solutione jus creditoris cessat,
hinc ut demonstretur compen-

In compensatione supponitur
mutua praetensiones, credit
habet praet erga debit et debt
erga creditorem, nunc debitor
solvens credita suum debitum
creditor, liberat se a libera
erga debitorem obligatione

satione jus creditoris ex pô quisitum cessare, debet demonstrari, quod p. compensationem debitor creditori tale tantumq aliud praestet, quale quantumque ei promissum est. —
Si demonstrari posset, quod p. compensationem debitarius a promittendi, seu creditor a debitore tale tantumq accipit, quale quantumq ei debet, tunc demonstratum esset, p. compensationem debitum solutum esse, solutione autem debiti jus creditoris tollitur. Per compensationem debitor liberat creditorem suum ab obligatione, quam creditor vicissim erga debitorem habet, hinc p. compensationem debitor creditori suo remittit suum debitum, istud autem debitum, quod debitor creditori remittit, per compensationem fuit eo suum debitoris, hinc si istud debitum,

qua debitor creditori suo p. compensationem remittit fuit aequale et simile ei quod debitor creditori vicissim debet, tunc debitor de re suo tale tantumq praestat quale quantumq ei debebat. praestatione autem creditori p. debitorem talis tantaeq rei qualis quantaq debebatur, fit solutio, solutione autem jus et correlatum ei officium tollitur, ergo et per compensationem. — v.g. in nostro exemplo. Si Cajus a Titio emit equum pretio 40 a. n. tum Cajus Titio debet 40 hos, sed Titius vicissim Cajo ex alio negotio e.g. ex pacto mutui quoq debet 40 a. n., nunc Cajus debitum 40 aureorum, quod Titio debet, vult solvere ei p. compensationem, remittit illi 40 aur. quos debet ex mutuo, sed hi 40. aur. sunt res suum Caji, hinc Cajus remittendo Titio 40 aur. num. praestat ei tale tantumq, quale quantumq ei debebat et Titius Cajo vicissim. Hac compensatione fit solutio plena. Hac solutione jus Titii in 40 aur. cessat.

Sed ut p. compensationem debitum tollatur, requiritur imprimis.

1. Ut praetensiones compensandae sint aequales quoad quantitatem. Quia si praetensiones compensandae, non essent aequales, sed una major altera minor, tunc compensatione eorundem una ex parte debitum totum non solveretur, sed maneret residuum super plus, debitum itaque totum non esset solutum sed tantum pars. E.g. Si Cajus Titio pro emto equo deberet 40 aureos. Titius autem Cajo ex mutuo 30 aur., tunc, quum quantitates oppositae non aequales ex integro sese non tollant, etiam adhuc residuum 10 au. in quos Titio jus esset nam isti 10 au. sunt aliquid in sphaera caji, in quod Titio adhuc jus est.

2. Praetensiones compensandae sint homogeneae necesse est, seu ejusdem generis ejusdem speciei p: [illegible]

tis generis; quia si non essent ejusdem speciei, tunc non possent compensari f. gr. e. g. tunc cessabit, si Cajus Titio 100 a. Titius vero Cajo aureum numerum ovium hispanicarum debet. Compensatio enim est, solutio brevi manu facta. Jam autem creditori per solutionem non potest quid aliud obtrudi, quam id quod ei jus est, quia secus, si creditori in locum illius, quod ei debetur aliud aliquid obtrudi posset, creditor in jure suo independentiae laederetur. Compensatio igitur fieri non posset, hinc ut etiam invito creditore compensatio fieri posset praetensiones compensandae homogeneae esse debent.

3. Ut praetensiones ipsae possent compensari, requiritur, ut sint caducae h. e. ut sint ambae tales, quarum solvendarum dies jam venit, quia compensatio est solutio, hinc si praetensio compensanda non esset caduca, tunc praetenderet debitor a creditore, ut creditor ei id solvat, cujus

solvendi terminus adhuc non venit et creditor ad solvendum debitum id, cujus solvendi terminus non venit, juridice non obligatur, hinc ut prætensiones mutuæ possent compensari ideo, ut creditor debitori absolutum putat debitum prætensiones caducæ esse debent. — Si itaq prætensiones compensandæ habeant has qualitates tunc possent compensari seu fit solutio plena p. mutuam har. prætens. compensationem etiam invito creditore. —

IV Quartus modus, quo jura et officia ex pactis orta exspirant est mutatio circumstantiarum earum, a quibus duratio juris ex pacto quositi a paciscentibus expresse vel tacite suspensa est, — Hinc circumstantiis mutatis, cessat ab una parte jus et ex altera parte obligatio, quia hæ circumstantiæ nil sunt aliud quam conditiones resolutivæ. Conditio autem

resolutiva qua est indolis ut ipso eveniente jus p̄sarii ex p̄to in obj̄tum pacti quaesitum cessat.

V Quintus modus exspirationis correlati sibi juris et officii ex p̄to promanantis est perfidia unius paciscentis i. e. recusatio ab uno paciscente facta, adimplendi obligationem pacto contractam erga alterum paciscentem. Haec perfidia unius paciscentis liberat alterum paciscentem ab obligatione pacto standi.

Iste modus tollendi jus et obligationem jur. ex pacto ortam, tantum in pactis bilateralibus locum habere potest, nam perfidia unius paciscentis liberat alterum ab ipsius mutua erga priorem pactitium obligatione. Perfidia autem est recusatio unius paciscentis adimplendi obligationes pacti erga alterum paciscentem et haec recusatio debet hunc alterum paciscentem ab ipsius reciproca erga priorem obligatione liberare.

Perfidia itaq supponit, utrumq habere obligationem, utrumq paciscentem obligari ad objectum p̄to promissum adimplendum. Tale

autem pactum est bilaterale. Nam pactum bilaterale est tale, ubi uterque paciscentium et jus adquirit et obligationem contrahit itaque tale pactum supponit quoque duas obligationes. Hinc quum perfidia supponat utrumque paciscentem habere obligationem, hinc perfidia in pacto supponit pactum bilaterale.

Quare autem in pacto bilaterali, si unus paciscens perfidus evadit, h. e. si unus paciscentium suam promissionem recusat adimplere, etiam alter paciscens obligatus esse cesset suam ergo priorem adimplendi obligationem?

Ratio hujus hoc est:

1. Si unus paciscentium in pacto bilat. recusat praestare alteri id, quod ipsi promisit, laedit alterum in jure, quod in objectum sibi promissum ex promissione prioris adquirit. Jam autem laeso ex laesione oritur jus, jura laedentis non reverendi, ergo alteri paciscenti per perfidiam prioris laeso oritur jus, etiam hoc jus alterius paciscentis non reverendi quod hic alter pacto adquisivit. Jus

autem, quod sibi alter ex pô adquisivit, est jus exigendi a laeso adimpletionem promissionis, hinc quum laesus jure gaudet jura laedentis non verendi, gaudet eo ipso jure promissum suum ipsi factum non adimplendi.

2) In pacto bilaterali uterque paciscens promittit, ast quilibet,+ ~~ast~~ eorum promittit non simpliciter sed sub conditione, ut ei ab altero aliquid repromittatur, sc: sub conditione, ut alter paciscens suum promissum factum adimpleat, e. g. in pô emptionis et venditionis. Ast si haec conditio non adest, tum etiam conditionis conditionatum cessat. Si itaque unus paciscens suum promissum non adimplet, tum etiam alter paciscens liberatur a sua obligatione hoc pacto standi.

In pactis igitur bilateralibus perfidia unius paciscentis liberat alterum a sua erga priorem pactitia obligatione, seu perfidia unius paciscentis dat alteri jus, etiam ex sua parte jura ejus ex pô orta non reverendi, i. e. pacto non standi. Sed

jus non est obligans, si unus pa-
ciscentium fit perfidus, alter eorum
jus adquirit a pacto recedendi,
et quum jus non sit obligatio
sed permissio tum potest jure
uti vel non, et si vult insiste-
re p̄o, tunc, quia ipsi sub con-
ditione sub qua alter p̄m non
servavit, non fregit pactum,
habet jus ab altero paciscen-
te exigendi, ut p̄m adimpleat.

Paciscens itaq unus p. perfi-
diam alterius duplex jus habet,
vel jus a sua parte a p̄o resci-
ssendi, vel jus insistendi p̄o
et pactifragum cogendi, ut
pactum adimpleat.

Istud autem est tantum secun-
dum jus naturae. Lex autem
civilis a juris nat. principio
recessit. Juxta eam enim jus
a p̄o rescissendi, si alter paciscen-
tium perfidus evadat, non habet
sed tantum jus cogendi perfi-
dum paciscentem, ut pactum
adimpleat. E.g. Si quis alteri
vendit bonum, sed non habet pa-
ratam pecuniam, ut totam pacti-
onem pro bono solvat summam,

rogatus est venditor pro p[raese]nte pre,
tii det fidem, et cessante tempo,
re stipulato obligat se partem
solvere. Venit stipulatum tempus
et non solvit, ast bonum tenet,
perfidus itaq evasit, ast lex civi,
lis creditori non permittit pac,
tum resolvendi, et bonum ven,
ditum recipiendi, reddendo
summam ab emptore jam so,
lutam sed tantum jus, eum ad
impletionem promissi cogendi. —
— Tales recessiones a principio
juris naturae lex civilis facit
saepe, secundum quam non da,
betur jus praescriptionis et usu,
capionis, jus , trans,
ferumenatio.

VI. Sextus modus amittendi jus
et obl: pacti est Consolidatio,
h. e. unitas personae creditoris
et debitoris, seu si subjectum
juris et obligationis in una ea,
demq personna concurrant. Hoc
posset fieri variis modis. E. g.
Aliquis habet jus servitutis
lignandi in silva aliena: ille
esset subjectum juris, et propri,
etarius silvae obligatus esset hanc
lignationem ei praestandi, po,

namus illum, qui jus habet lignandi, emere hanc silvam, tunc ipse est possessor silvæ et jus et obligatio cessat consolidatione. Nam tunc possessor silvæ debet pati, ut hic alter, qui prius jus habuit, lignet in ea, ast quum ille alter ille ipse sit, qui jure hoc gaudet, hinc unito obligato et jure gaudente jus cessare debet consolidatione. Vel ex. gratia juxta legem civilem hæres repræsentat personam testatoris, hinc jura, quæ testatori competebant, et obligationes, quæ ei incumbant transeunt in hæredem. Ponamus Cajum dedisse Titio mutuum, ast Titium Cajo debere quantitatem frumenti, ex hoc mutui pacto habuit Cajus jus a Titio exigendi hanc summam. Titius fuit debitor. Ponamus Cajum mortuum supposuisse testamento Titium pro hærede universali, tunc Titius evadens subjectum jurium, quæ testatori competebant, evadit dominus juris contra se, hinc in Titii persona unitur persona obligans et obligata.

Ad hos modos non voluntarios pertinet quoq modus, qui interitus vocetur, et tum modus, qui morti paritur.

Modi voluntarii:
Renumeratio seu Remissio
Novatio
Cessatio

Modi involuntarii
Renunciatio seu remissio
Novatio
Perfidia seu ...

24

185

cc

Jus naturæ.

Quaeritur, utrum p. consolidatio, nem jus et obligatio juri correlata tollatur?

Tollitur: quia jus et correlata ei obl. supponit duo diversa subjecta: jus laesum autem parit jus cogendi: potestne vero aliquis se ipsum cogere? esset hoc absurdum, ideo et nemo sibi juridice obligari potest, nam deberet se ipsum cogere posse, nemo jus contra se ipsum habet, hoc esset absurdum, in una enim persona debitor et creditor esset conjunctus, hac de causa jus seu creditum et obligatio seu debitum tolluntur.

(Hic ulterius traditum est, an morte promittentis jus promissarii in pō ortum perdurat, an cessat, et quando et cur tunc cessat.)

VII. Septimus modus j. et o. j. tollendi est pacti Novatio.

Novatio pacti summitur in dupli. ci sensu A. sensu lato et B. sensu stricto.

A. In sensu lato pacti novatio significat quamlibet pacti mutationem. Pactum est conceptus, hinc eo modo mutari potest, quo conceptus mutatur, conceptus autem generatim mutatur, si mu-

tantur notæ, quarum unio contrac-
tum constituit, ideo et pctm mutatur,
si notæ, ex quibus pctm crescit
mutantur. Hæ notæ sunt pro-
missio et acceptatio, et quum pro-
missio promittentem, acceptatio
supponat acceptantem, hinc ad
notas in pcto persona promittens
et pciarius, cumque promissio et
acceptatio supponat id, quod
promittitur, idque acceptatur,
adhuc objectum pacti pertinet.
Mutatione itaque harum nota-
rum fit pacti novatio in sen-
su lato.

B. In sensu stricto est novatio
mutatio pcti, ast tantum quoad pro-
missum et acceptatum, vel quoad
objctum pacti, personis promittentis
et pciarii manentibus iisdem. Si
autem promissio et acceptatio, et
objecta pacti maneant eadem et
tantum mutentur personæ pa-
ciscentium, tunc si mutatur per-
sona pciarii, h.e. si pciarius juri,
quod ex pcto quæsivit, alium in su-
um locum substituit subjectum
tunc hæc mutatio pacti dicitur
cessio (Abtretung)

Hinc 3 sunt pacti novationis
genera: 1) Novatio sensu stricto,

2. Cessio et 3) Assignatio.

A. Novatione sensu stricto facta jus et cor. h. j. o. j. ex pacto quaesita mutantur; h. e. α. si vel objectum pacti; β) vel titulus juris et obligationis correlatae seu promissio quoque acceptatio, γ. vel si conditiones pacto adjectae mutantur, omni in casu quoque jus et correlata j. o. ex pacto quaesita mutantur personis iisdem manentibus.

α. Si objectum pacti mutatur, h. e. si in locum prioris objecti pacti consentiente paciscente aliud substituatur objectum, tunc tali in casu paciscens pacti objectum prius ex sua libertatis sphaera excludit, illudque in sphaeram libertatis promittentis remittit, hocque modo suo in hoc objectum juri ex pacto quaesito renuntiat, renuntiatione autem juris, jus amittitur, hinc mutatione objecti pacti paciscens jus in hoc objectum ex ~~quo~~ pacto quaesitum amittit. Sed quia (in hujus objecti locum consentiente utroque paciscente aliud objectum substituatur, i. e. in prioris objecti locum promittens aliud objectum

consentiente pactario in sphaeram pacta,
rii transire facit, pactarius in hoc
novum pacti objectum jus adquirit,
hinc si objectum pacti mutatur, pactarius
jus suum in prius pacti objectum
ex pacto quesitum amittit, sed illius
in locum adquirit novum jus, jus
in novum pacti objectum, in prioris
locum substitutum.
Si itaque objectum pacti mutatur, mutatur
quoque et jus. Quia juri ex una
parte cor. est obl. j. ex altera,
hinc obj. pacti mutatione jure
pactarii in prius objectum cessante,
cessat hoc ipso obligatio promit,
tentis, objectum promissum pactario
praestandi, et quum in hujus juris
locum oriatur pactario novum
jus, hinc ex parte promittentis
oritur obl. juridica, hinc pactarii
novo juri correlata est oblig. ob,
jectum istud alterum in prioris
locum substitutum pactario tra,
dendi.
E.g. Ponamus Titium a Cajo ac,
cepisse mutuo titulo summam 400
aureorum numorum, hinc ex
hoc mutui pacto Cajus jus
habuit exigendi a Titio resti,
tutionem 400 a. n. et huic
Caji juri correlata fuit Titii obl.

j. hos 400 a. n. Cajo solvendi. Sed appropinquante solutionis tempore, Cajus proponit Titio, ut horum 400 a. n. loco ipsi 200 oves det, et Titius init. Illi 400 a. n. mutantur in 200 oves, amisit itaq jus Cajus exigendi 400 a. n. sed adquisivit j. in 200 oves, Titii obl. solvendi 400 a. n. exspiravit, ortaq obligatio nova, 200 oves Creditori tradendi. Illeno mutato facti objecto mutatur jus in hoc objectum ex facto quaesitum et correlata h. j. obl. j. mutantur.

B. Si mutatur titulus juris atq obligationis, jus quoq mutatur h. e. si consentiente utraq parte in locum prioris promissionis nova promissio substituitur, prius jus ex facto quaesitum et cor. h. j. o. j. cessat et in ejus locum novum jus adquiritur, et nova obligatio jur. nascitur. Promissio, quoq attestatio est tit. juris ex fcti pactarii orti et obligationis jur. ex parte promittentis nata, ipsum autem jus pactarii et correlata obligatio j. sunt rationata, si itaq

promissio quoq acceptatio muta-
tur, hinc mutatur tit. juris et obli-
gationis, mutata Rne mutatur
quoq Rnatum, hinc mutato titulo
juris et obligationis necessario jus
quoque mutatur et correlata
huic juri juridica obl. i. e. pri-
us jus et obligatio, quis in prio-
ri promissione acceptata funda-
bantur, cessant et novum jus no-
vaq jurid. obligatio h. juri cor-
relata oritur. E. g. Aliquis iter
suscipiens et nolens secum por-
tare superfluam suam pecuniam
deponit hanc apud amicum, qui
per tempus durantis itineris,
hanc summam custodiendam
suscipit, et obligat se, hanc
summam ei reduci restitutu-
rum esse. Quum autem ipse domum
redux, pecuniam suam repetit,
amicus ipse rogat, ut hanc pe-
cuniam sibi ad unum annum
mutuo det, spondens se hanc pe-
cuniam lapso anno restitutu-
rum. deponens in id consentit.
objtm pacti hic est idem, sed
mutata est promissio, quoq
acceptatio seu titulus juris pe-

ouniam repetendi et correlata
obligatio, eam reduti tradendi,
et in hujus locum substitutum
est jus deponentis hanc pecuniam
tanquam mutuum elapso anno
repetendi, et obligatio huic juri
cor. depositarii fideliter hanc
pecuniam mutuo sumptam
elapso anno praestandi qua mu-
tuum; per tituli mutationem
itaque ipsum jus est mutatum.

V. Si conditiones pacto adjectae
mutantur, tunc et ipsum jus
mutatur.

Conditio, quae pacto adjici potest,
est vel suspensiva vel resolu-
tiva. Dum mutatio sit succes-
sio status, statui priori oppo-
sita, hinc etiam mutatio con-
ditionum existentium erit
successio statuum conditio-
num statui priori opposito-
rum. Prior status fuit existen-
tia, hinc mutabantur condi-
tiones, si ponantur in statum
existentiae oppositum h. e. si
remittantur, si tollantur.

a. Si conditio pacto adjecta sus-
pensiva tollatur, jus quoque tolli-
tur. Quousque conditio suspensiva

pendebat, pactarius jus, exigendi a promittente objectum promissum non habuit, sed debuit exspectare eventum conditionis, tantum tunc haberet jus, objectum promissum exigendi, quando conditio evenerit, hinc quousque conditio pendebat, pactario nullum jus habente exigendi objectum promissum, promittens jus habuit, objectum promissum apud se retinendi. Si nunc promittens pactario hanc conditionem remittit, h. e. eam tollit, tunc oritur pactum inconditionatum, hac conditione remissa pactario statim oritur jus, promissum objectum exigendi, et jus promittentis, hoc objectum promissum apud se retinendi, donec conditio evenerit, cessat, et subintrat jur. obl. hoc objectum promissum pactario statim tradendi. E. g. In exemplo saepius allato Cajus promittit Titio: si accipies in tentamine publico ex jure naturae eminentem classem, tunc habes a me 40 a. n.

b. Si autem conditio pacto adjecta est resolutiva.

Si autem conditio pto adjecta est resolutiva, pactarius in objectum a promittente promissum statim jus adquirit, ast amittit conditione eveniente, hinc conditio resolutiva pto adjecta eum habet ~~objectum~~ effectum in jus pactarii, quod jus illud pactarii sit limitatum quoad durationem sc: eventu conditionis. Hac conditione pendente promittenti in objectum promissum est jus ab eventu hujus conditionis suspensum objectum promissum a pactario (exigendi) repetendi. Cum illud promittenti sua efficacia sit suspensa a conditionis eventu, hinc conditio resolutiva relate ad promittentem est suspensiva. nam promittenti jus est objectum promissum repetendi a pactario, si conditio eveniret, hoc jus amittit conditione eveniente pactarius ast adquirit promittens, hinc juris initium pro promittente suspens. ab initio conditionis, ideo ista conditio est suspensiva relate ad promittentem. Si promittens

ptario hanc conditionem remittit, jus ptarii, quod prius fuit quoad durationem limitatum conditionis eventu possibili, evadit nunc quoad durationem illimitatum, tam autem jus promittentis, quod ipsi ante eventum conditionis fuit exigendi a ptario objtm promissum, conditione eveniente cessat, quia conditio hoc pro promittente fuit suspensiva, h. e. talis, a cujus eventu exitus juris pendebat.

In his omnibus patet per novationem in sensu stricto factam semper mutari jus et cor: et obligationem. Sed possunt personae paciscentium mutari, reliquis pacti determinationibus iisdem manentibus. Hoc pacti mutatio erit aut Cessio aut Assignatio.

B. Quoad Cessionem.

Potestne ptarius seu juris ex pto quaesiti subjectum in sui locum aliud aliquod juris ex pacto quaesiti subjectum substituere? seu potestne pta-

rius jus in objectum promissum ex pto quaesitum in alium quemdem transferre sine consensu promittentis?

Per promissum a promittente factum et a promissario acceptatum objectum pti transit in sphaeram libertatis promissarii, fit ergo τὸ suum promissarii, promissarius autem jus habet, de τὸ suo, pro suo arbitrio libere disponendi, adeoque jus, illud ex sua sphaera eo fine excludendi, ut transeat hoc objectum in sphaeram alicujus tertii, qui ad id non habet opus consensu prioris debitoris, nam promissarius gaudet jure independentiae a voluntate aliena, hinc vi hujus juris potest de eo quod est τὸ suum disponere unice pro suo arbitrio, quin ad hanc dispositionem valide faciendam consensu alicujus tertii opus habeat, quia si in hac dispos. facienda opus esset explorando consensu alicujus 3tii eo ipso, ab hoc 3tio dependeret, quod repugnat ejus juri connato independentiae. —

Psarius itaque jure gaudet, jus quod ipsi in objectum pti ex pto ortum est, in quemcumque tertium transferre, quin ad hanc translationem valide faciendam consensu debitoris opus haberet.
Dantur autem 2 casus tanquam exceptiones ab hac regula, in quibus psarius jus in objectum promissum e pto quaesitum in aliquem 3tium sine consensu debitoris valide transferre non potest.

1.) Si jus ex pto quaesitum est jus personalissimum h. e. si psario promissio facta est, ob personales psarii qualitates ex hoc pto psarium promittens tantum quoad personam psarii obligatum esse voluit non autem aliquem tertium. Ita non potest famulus suus sine consensu heri famulitium in tertium quemdam transferre.

2.) Si in facto esset expresse stipulatum (wenn im Kontrakte ausdrücklich ausbedungen worden wäre) ne psario sit jus, jus s. e. p. q. in aliquem tertium transferre, sine consensu promittentis

I. Cedens, qui alteri

II. Cessarius, qui ab altero

e. g. Si pater filio domum donat, sub conditione expressa, ne hanc domum in possessionem 3tii transferat, h. e. ne eam alienet, aut oneret debitis, psarius statim acquirit dominium hujus domus, at non habet jus, jus suum in hanc domum in aliquem tertium

Jus naturae.

in aliquem tertium transferre, quia id in pacto expresse est stipulatum. —

C. Quoad Assignationem. Quid est assignatio?

Quaeritur, utrum promittens seu debitor, qui est obligationis ex pacto subjectum in suum locum alium aliquem valide substituere possit e. g. Titus debet certam summam solvere Cajo, et in suum locum substituit Sempronium, qui Cajo Titii loco ex re sua tantum solvet summam, quam Cajo debet Titius.

Quid ergo requiritur ad validitatem assignationis?

Hic se nobis primum haec veritas obtrudit, quod ille tertius in locum debitoris invitus substitui nequit, nam per solam legem jur. omni facto praeciso nemo obligatur juridice onera aliorum ferre, hinc 3^ius non obligatur juridice, debita aliena solvere: si tamen sua sponte vult solvere, id fieri potest, nihil obstat solutioni, nam de re sua libere disponere potest. Hinc, ut huic tertio jurid: nascatur obligatio opus est illius ipsius in id consensu. At debitori ipsi invito beneficium

obtrudi nequit, hinc ut huic debitori jus oriatur exigendi a deb. novo solutionem creditori faciendam, requiritur etiam consensus debitoris; hinc ut ipsi 3tio jur. obligatio debitum illius, qui ipsum in suum locum substituit, oriatur solvendi promissionem creditori, utque substituenti jus oriatur id ab eo exigendi, pacto inter eos opus est. — Debitor substituens alium in s. locum, seu suae obligationis subjectum, assignans, ipse substitutus, novus debitor, assignatus, et creditor assignatarius dicitur, hinc ut assignato seu novo debitori jur. obl. debitum illius loco creditori solvendi, utque assignanti jus oriatur, ab assignato hanc solutionem exigendi, opus est pacto inter eos ineundo. Sed pacta jura et obligationes dant tantum paciscentibus, hinc assignatario ipso pacto inter assignantem et assignatum inito, nondum oriatur jus, exigendi ab assignato solutionem, quia in hoc pactum non intravit, hinc: ut assignatario jus oriatur debitum hoc ab assignato exigendi, opus

est pō inter assignatarium et assignatum ineundo. Quamquam vero ex pō inter assignatum et assignn̄dm̄ assignatario jus nondum oriatur, solutionem ab assignato exigendi, oritur ei tamen absq pō a sua parte cum assignato initō obligatio juridica solutionem ab assignato oblatam attestandi. —

" Ratio dubitandi deo eo hoc esset."

Pacta tantum paciscentibus jura dant et obligationes, non autem alicui 3tio, quemadmodum itaq ex hoc pō inter assignantem et assignatum jus assignatario non oritur, ita etiam non oritur ei oblig: jur: hanc solutionem ab assignato praestitam attestandi. —

Ast assignans, dum in suum locum assignatum substituit, imponit ei obligationem, et tribuit ei jus solvendi debitum ipsius locō, persona autem quae jus et obligationem acquirit, negotium aliquus alterius gerendi cum tertio dicitur mandatarius (: Cin Gewalltmüshyter:) hinc iste novus assignatus de-

bitor, quum jus adquirit, et obligationem contrahit, non suam, sed prioris debitoris debitum tertio alicui, i.e. creditori solvendi, relate ad debitorem primaevum assignantem est mandatarius, hinc quum quivis suum negotium potest gerere aut per se, aut p. mandatarium, hinc etiam assignans aut ipse solvere potest deb. s. aut per assignatum. et quum creditor habeat obligationem juridicam solutionem acceptandi a primaevo debitore in stipulato tempore oblatam, habet etiam obl: juridicam acceptandi hanc solutionem sibi a mandatario st: ab assignato in locum assignantis substituto oblatam, quamvis ex pto assignati cum assignante inito, ei non oriatur jus, hanc solutionem exigendi. Si autem, uti dictum est, assignatarius init pactum cum assignato, tum assignatario etiam jus oritur ab assignato hanc solutionem exigendi. Est assignatarius in pto, quod as-

signatus cum assignante ini„
vit, suum jus non amittit
quoque, quia pactum jus et obliga„
tionem tantum dat paciscen„
tibus, non vero tertio; pactum in„
ter duos initum, tertius nec ob„
est, nec prodest, hinc assigna„
tarius quoque non amittit jus e„
xigendi solutionem a primaevo
debitore. Assignatarius itaque
gaudet duplici jure exigen„
di hoc debitum, habet enim
1. jus exigendi hoc debitum ab
assignante ob pactum inter
se et eum initum, 2. jus so„
lutionem exigendi ab assigna„
to ob pactum inter assignatum
et assignantem initum huic
duplici juri correlata est tam
ex parte assignantis, quam
ex parte assignati obl. uterque
debitum creditori insolidum
totum (mit ungetheilter Hand)
solvendi, non possunt parti„
ri hoc debitum, ut unus par„
tem, alter partem solvat,
solvi debet totum, his itaque
duobus pactis initis primae„
vus debitor a sua erga assi„
gnatarium pactitia obligati„

one solvendi debitum, non li-
beratur. Ut assignans per as-
signationem a sua primi-
va obligatione solvendi debi-
tum, liber sit, requiritur, ut as-
signatarius juri suo, quod ipsi
ex p͞o cum assignante est ortum,
exigendi ab hoc assignante de-
biti solutionem renuntiet, adeoq;
ut assignans liber fiat a sua
particia erga assignatarium ob-
ligatione, debitum illi solvendi
requiritur tertium pactum, hoc
3o p͞o, quo assignatarius assig-
nantem liberat a sua partic.
obligatione, liber evadit assignans
ab obligatione solvendi debitum
sed assignatarius jus habet, de-
bitum totum ab assignato exi-
gendi, et tota solvendi debiti
oblo in assignatum novum de-
bitorem devolvitur.

De pactorum spe-
ciebus.

Quia p͞m est unitas elemen-
torum, sc. promissionis ejusq; ac-
ceptationis, hoc autem duo ele-
menta, vel ita sunt inter pacis-
centes distributa, ut penes quemvis

eorum tantum unum horum ele-
mentorum adsit, vel vero utrumq
hor. elementorum penes quemvis
paciscentem adest, pactum est vel
unilaterale vel est pactum bilatera-
le. Si promissio et acceptatio ita in-
ter paciscentes sunt distributa,
ut penes quemvis singulum pacis-
centem tantum unum eorum adsit,
tunc hoc pm est unilaterale.
Si vero promissio et aõ, seu duo
pi elementa inter singulos pa-
ciscentes: ita sunt distributa,
ut penes utrumq paciscentem,
utrumq adsit elementum, pm
est bilaterale. In pô ergo uni-
laterali unus paciscens est tan-
tum promittens, alter vẽ tantum
psarius; in pô vero bilaterali,
quivis paciscens est promittens
et psarius simul. Quia itaque
in pô unilaterali, ei paciscen-
ti, qui alteri quidquam pro-
mittit, ab illo altero nihil re-
promittitur, ideo in pô unila-
terali paciscens promittens psa-
rio +o suum promittit gratis,
hac de causa omnia pacta u-
nilateralia ad unam pacto-
rum speciem reduci possunt,
sc: ad donationem, nam +o

suum alteri gratis promittere, do„
nare dicitur. Qui το suum alteri
promittit, et ab hoc altero aliquid
repromittitur, in pô igitur bilat:
paciscens unus promittit το su„
um alteri non gratis, sed erga
praestandam ipsi ab altera pa„
ciscente objecti repromissi retri„
butione (ergo in pô emtionis
et venditionis [illegible])
in pô ergo bilaterali nullus pa„
ciscentium το s. alteri donat,
sed tantum το s. quod alteri
promittit permutat cum το s.
alterius paciscentis sibi repro„
misso, hac de causa omnia
pacta bilateralia reduci pos„
sunt ad unam pactorum spe„
ciem, sc: ad pactum permu„
tationis; e.g si quis dominium
rei suae in alterum gratis i.e.
absq ulla stipulata retribu„
tione transfert, donare dicitur,
in hoc pô unus tantum pacis„
cendum promittit, sc: donans, al„
ter vero sc: donatarius sua
ex parte donanti nil repromit„
tit, sed tantum promissum sibi
ab ipso factum acceptat. In
isto pô illa pri elementa ita

sunt inter paciscentes distributa, ut penes quemvis paciscentem unum tantum eorum adest. At in pacto emtionis et venditionis promissio et acceptatio, itaque utrumque pacti elementum penes quemvis paciscentium adest. Ita vendens promittit rem suam, pro stipulato pretio dare emptori, qui promittit, pretium stipulatum solvendi. Est itaque venditor promittens et emptor promissarius, at quum venditori repromittit emptor donationem pretii et venditor id acceptat, hinc venditor est promissarius et emptor est promittens. Hinc objecta sorte suum tantum permutant.

<u>In pacto bilaterali igitur quivis paciscentium est promittens et promissarius simul.</u>

Quum ex quavis promissione promittenti obligatio oriatur, objectum promissum praestandi, ex quavis autem promissionis acceptatione jus nascatur, objectum promissum a promittente exigendi, hinc, quum in pacto unilaterali penes unum tantum paciscentem promissio sit,

penes alterum tantum sola promissionis acceptatio, fluit inde: ex pacto unilaterali uni tantum paciscenti sc: promissario jus nasci, alteri vero sc: promittenti solam obligationem oriri; in pacto vero bilaterali, quum ibi quivis paciscentium sit promissarius et promittens simul, utrique paciscenti oritur jus objectum promissum exigendi a compaciscente, et obl. jur. objectum promissum praestandi.

Quia itaque ex pacto unilaterali uni tantum paciscenti obligatio oriatur, alteri autem solum jus nascatur, promissum objectum a promittente exigendi, nullaque sibi repromissio fit, hinc pacta unilateralia possunt dici pacta gratuita seu beneficia, quia promittens promissario promittit ro S. gratis, hinc beneficium illi praestat. Ex pacto autem bilaterali, quia in eo quivis paciscentium promittit ro S. alteri non gratis, sed erga stipulatam objecti repromissi praestationem, alteri autem paciscenti obligatio incumbat hoc objectum repromissum praestan-

di, oritur ex parte illa obligatio seu onus: hac de causa pacta bilateralia vocari solent pacta onerosa.

Tam pacta gratuita, quam onerosa dividuntur in pacta nominata (: Именнѣ договоры :) et pacta innominata (: безимнѣ договоры). Nonnulla enim pactorum tam unilateralium, quam bilateralium in vita practica saepe occurrunt, alia autem raro, illa pacta, quae in vita pr. frequenter occurrunt, obtinerunt in praxi pecularia nomina, hac de causa pacta ipsa, quae ob suam in vita practica frequentiam pecularia obtinerunt nomina, dicuntur pacta nominata, pacta autem alia ob raram suam in vita pr. frequentiam non acceperunt nomina peculiaria et ideo dicuntur pacta innominata.

Ipsa pactum, quo quis alio pecuniam mutuo dat, frequenter in vita pr. occurrit, ideo obtinuit specificum nomen sc. nomen pacti mutui. Ipsa pactum, quo quis alio usum rei suae mobilis et talis simul, quae nec consumi, nec

alienari potest, e. g. equi, concedit ob suam in vita practica frequentiam accepit nomen peculiare commodati. Ast admodum raro fit, ut quis alteri concedat rei suo usum gratis, hoc pactum non potest vocari Leihvertrag et non obtinuit nomen specificum, esset quidem pactum ast innominatum.
Habemus itaq pacta 1. gratuita nominata, 2 pacta gratuita innominata, 3. pacta onerosa nominata et 4. pacta onerosa innominata; ast de pactis innominatis in specie ideo non tractabimus, quia hæc pacta, quum non habeant suum specificum nomen, comprehenduntur in pactorum genere, id autem quod valet de genere, valet etiam de specie.



26
201
ee

Jus naturæ.

A. De pactis nominatis gratuitis, seu unilateralibus.

Cujusvis pti, ergo etiam pti gratuiti nom. objectum potest esse aut causalitas seu activitas personae promittentis vel res quaedam externa. Ex hac obji pti nom. gratu: diversitate oriuntur diversae pactorum n. g. species.

A. Si objtm pacti n. g. est activitas personae promittentis, tunc pro diversitate finis, cujus gratia haec activitas promittentis promittitur pactum n. g. erit aut pactum depositi (: Aufbewahrungsvertrag :) aut pactum mandati (: Bevollmächtigungsvertrag :). Si promittens activitatem suam eo fine promittit, ut rem hujus alterius paciscentis fidei ejus concreditam custodiat, tum est pactum depositi (I). Si autem pto q. n. paciscens alteri suam activitatem eum in finem promittit, ut negotium hujus alterius ejus nomine cum aliquo tertio gerat, hoc ptm est pactum mandati, (II). Si quis suam activitatem alteri cuidam ob nullum horum finem, sed alicujus alterius gratia promittit, ergo gratis nec ad custodiendam rem, nec gerendum negotium se obligat, sed ob alium quemdam finem, e. g. ad ligna gratis secanda, tunc, quum supponitur impensio activitatis gratis fieri ptm est gratuitum quidem, ast ob raram hujus pti frequentiam in vita communi, nullum nomen specificum habens, est ptm innominatum.

B. Si autem objectum pacti n. g. est res externa, tunc obji hujus pti vel est tantum usus hujus rei alteri gratis concedendus, vel vero ipsum hujus rei dominium.

A. Si objtm pti gratuiti est tantum usus rei alicujus, alteri gratis concedendus, tunc videndum est, qualis sit res hoc, cujus usus alteri gratis conceditur. Res dividuntur in fungibiles et infungibiles (: vertretbare und unvertretbare) Fungibiles res eę sunt, quę intentum quemdam usum aliter prębere non possunt, nisi consumantur vel alienantur. Tales sunt res: panis, frumentum, vinum et alii potus, pecunia, quia pecuniam erogat et per hanc erogationem eandem alienat, ergo pecunia est res fungibilis. Si autem res aliqua usum prębere potest, quin necesse est eam consumere vel alienare, tunc dicitur res infungibilis. Ut: libri, equus, domus, villa rustica, potest prębere usum, quin consumatur aut alienatur. Res infungibiles sunt pręterea vel mobiles vel immobiles, quia vel possunt ex uno loco in alterum transferri salva sua substantia vel non possunt. — Si aliquis pto concedit alteri usum rei suę fungibilis gratis, tunc hoc vocatur mutuum, et quidem mutuum gratuitum et id est pactum mutui (III) Si autem conceditur alteri usus rei infungibilis mobilis gratis, tale pactum dicitur comodati (IV).

Si quis usum rei infungibilis immobilis concedit, hoc ptm esset ptm grat: innominatum, quia ob suam admodum raram in vita pr. occurentiam peculiare non obtinuit nomen. — Si itaq usus rei alicujus conceditur, oritur ptm 2pl: ptm mutui et

commodati. —— Hoc duo pacta conveniunt in eo, quod in utroque non ipsa rei substantia in alterum transfertur, sed solum usus rei conceditur; differunt autem in eo, quod in pō mutui conceditur usus r. fungibilis, in pō autem commod. usus rei mobilis non fungibilis.

NB. Si autem non usus tantum, verum etiam ipsum rei dominium in alterum gratis transfertur, tunc pactum est pactum donationis in sensu stricto V.

* Dicitur donatio in sensu stricto, quia quodvis pactum gratuitum est species donationis, hinc ut differat istud donationis pactum, cujus objectum est dominium rei, ab aliis pactis gratuitis, additur hoc destinans verbum: sensu stricto.

Pacti igitur donationis in sensu stricto objectum possunt esse res non tantum mobiles verum etiam immobiles.

I.

De pacto depositi (: Vom Aufbewahrungsvertrage :)

Pactum depos. est pactum, quo quis custodiam rei alicujus sibi traditæ suscipit; atque promittit, operam suam custodiendo huic rei gratis impendendam.

*Additur vocabulum gratis. — quia si quis custodiam rei alicujus suscipit, et promittit operam suam rei custodiendæ imponere erga stipulatam remunerationem tunc jam est pactum onerosum. Pactum igitur depositi potest esse vel gratuitum vel onerosum. Hic de pacto d. gratuito loquimur.

In pacto depositi, ille, qui custodiam rei alicujus sibi traditæ suscipit et operam suam huic rei custodiendæ impendendam promittit dicitur depositarius, ille autem alter, qui rem suam custodiendam depositario tradit, dicitur deponens.

Cum ex quovis pacto et quidem etiam ex gratuito uni paciscentium jus, alteri autem obligatio huic juri correlata oritur, quæritur cuinam horum paciscentium jus, et quale oriatur. — et cui paciscentium huic juri correlata obligatio et qualis nascatur. In pacto illi paciscentium oritur jus, qui promissionem sibi factam (adimplet) acceptat h. e. promissario, qui ergo in pacto depos: est promissarius, illi ex eo oritur jus. In pacto autem depositi deponens est promissarius, nam deponenti depositarius operam suam promittit imponendam custodiendæ rei depositæ, et deponens hanc promissionem acceptat, ideo deponenti
1. ex pacto depositi oritur jus, promissario vero ex pacto nascitur jus in objectum promissum ipsi; jam autem promissum objectum in pacto depositi est diligens rei apud depositarium custodia, depositarius enim deponenti in rem hanc, quam tra-

dit ejus fidei custodiendam, promisit operam su=am imponendam; hinc ex pō depos. oritur jus pṣario seu deponenti, jus diligentem rei suę cus=todiam a depositario exigendi, et huic juri ex pṭe deponentis correlata est obligatio juridica ex pṭe depositarii, hanc custodiam praestandi, seu obli=gatio depositarii, rem apud ipsum depositam per certum tempus stipulatum diligenter custodien=di. Sed quia obligatio, quę imponitur depositario, rem sibi traditam custodiendi, est moralis necessi=tas, cuiqis autem necessitati inest possibilitas possibilitas moralis jus est, hinc depositario ad cu=stodiendam rem sibi traditam, obligatio, jus est, rem hanc custodiendi.

Sed res depositario in custodiam tradita, non est ro suum depositarii, sed ro suum deponentis custodia autem hujus rei ad quem depositarius se obligat, promissa est deponenti, tantum in com=modum deponentis, deponens autem huic comodo suo quovis tempore renunciare potest; ergo e=tiam quovis tempore potest custodiam rei re=nuntiare et rem depositam a depositario repe=tere. Alterum ergo jus deponentis erga depo=sitarium est, rem depositam a depositario quovis tempore repetendi, et huic juri correlata est jur. ob: depositarii, obj̄tm apud se depositum repeti=tum praestandi. Hoc jus non ex pō oritur, sed est naturalis sequela juris dom: vi cujus quivis rei dominus eam ab eo, ad quem devenerit, re=petere potest. 2.

Quia depositario ex pō depos. non jus, sed tan=tum obligatio oritur, sc: rei depositę diligens

custodia, sequitur inde, depositarium jure non gau-
dere, utendi re deposita, quia ex pô nemo plus
juris habere potest, quam quod ei concessum est,
jam autem pô depos. deponens usum rei suae deposita-
rio non concessit, hinc si depositarius faceret u-
sum rei depositae, illicite ageret, lederet jus depo-
nentis. Si tamen deponens depositario expresse
promisisset rei usum depositae custodiae gratia, tum
usum ipsum facere posset, ast pm̄ non esset pm̄
depositi, sed pm̄ mutui v. commodati, prout res
deposita est fungibilis, aut mobilis non fungi-
bilis.
Quum ex pô nemo magis obligatur, quam se
obligatum esse velle declaravit pô, hinc quum
depositarius in pô dep. tantum operam suam
rei custodiendae impendendam promittit, sequi-
tur, depositarium juridice non obligari, rei
depositae conservandae gratia, res suas impende-
re, multo minus obligari, vitam suam afferre
rei conservandae gratia.
Quia autem depositarius ad diligentem rei cu-
stodiam obligatur, hinc si custodiam hanc ne-
gligeret et res deposita damnum pateretur, obliga-
tus erit, deponenti damnum resarciendi, nam dam-
num hoc culpa sua passum est rei.

II.

De pacto mandati.

Pactum mandati est pm̃, quo quis negotia alterius sibi concredita, hujus alterius nomine cum aliquo tertio gerenda suscipit.

In pō mandati duæ occurrunt personæ 1.) illa, quæ alteri sua negotia cum aliquo tertio gerenda committit, et dicitur mandans (Machtgeber), 2.) et quæ negotia prioris cum aliquo 3tio gerenda suscipit et dicitur mandatarius /: der Bevollmächtigte:/

Quæritur, quis juridicus effectus pacti mandati valide initi?

Effectus jurid. pi mandati valide initi est is, qui est eff. /: pi cujusvis valide initi. Effectus autem /: cujusvis pi seu pacti generatim est jus ex una pte et obligatio ex altera pte, hinc cui jus oritur, cuique obligatio nascitur jur. ex pō gen., ei quoque in pō mandati jus et obl: nascitur. Generatim autem ex pō nascitur jus psario, seu ei, cui promissio fit, obligatio vero juridica promittenti, hinc qui est in pō mandati psarius, illi jus, qui promittens est, illi obligatio /: nascetur. Psarius autem in pō mdti est mandans, nam ei a mandatario promittitur, gestio negotiorum ejus nomine, et mandans hanc promissionem acceptat, pām autem promittens est mandatarius, nam promittit mandanti negotia gerenda, hinc mandanti oritur jus, mandatario autem incumbit obligatio. Sed psario oritur jus objectum promissum exigendi et promittenti incumbit obligatio, objectum promissum præstandi, hinc mandanti tq psario jus oritur exigen-

di a mandatario, ut negotia, quæ gerenda ejus nomine cum 3^{tio} suscepit, gerat, et contra mandatarius contrahit obligationem, mandantis negotia gerendi. Huic obligationi tæ necessitati morali inest quoque moralis possibilitas seu jus, negotia mandantis ejus nomine cum 3^{tio} gerendi.

Jus istud mandatarii, negotia, quorum gestionem mandatarius cum aliquo 3^{tio} mandantis nomine suscepit, gerendi, vocatur mandatum (: Vollmacht :)

Negotia hæc, quæ gerenda mandatarius cum aliquo 3^{tio} mandantis nomine suscepit sunt pãa nomine mandantis cum aliquo 3^{tio} ineunda.

Potestne mandatarius nomine mandantis pãa valida inire cum 3^{tio} seu, quum ex quovis ~~pãa~~ põ jus et obligatio j. oriatur, potest quæri: Habetne mandatarius jus mandanti suo aliquid acquirere vel alienare?, seu quum iste sit effectus pĩ, quod alter paciscens obligetur, potest quæri: Habetne mandatarius jus vel mandantem aliis, vel alios mandanti obligandi? (Quovis põ aliquid ex sphæra unius eximitur et sphæræ alterius imponitur, ideo quovis põ ei, ex cujus sphæra aliquid eximitur, obligatio et illi, cujus sphæræ aliquid imponitur, oritur jus.)

Ob connatum jus independentiæ nemini jus est, alteri invito aliquid ex sua sphæra eximendi et ob idem jus independentiæ nemini jus est, aliquid alteri invito imponendi — Ast huic juri indep: homo renuntiare potest, relate ad quædam objec-

ta, ideo etiam mandans suo juri Indep. quoad quædam hujus juris objecta potest renuntiare et potest permittere, ut mandatarius jus habeat, objec„ ta quædam ex sphæra mandantis eximendi et per„ mittendi, ut hæc objecta in sphæram alicujus 3^{tii} transeant, imo renuntiare potest mandans, ut mandatario permittat, quædam objecta, quæ non sunt in sphæra mandantis, huic mandantis sphæ„ ræ imponere, consequenter potest mandatario man„ dans permittere, ut ille nomine mandantis, vel alicui aliquid promittat vel promissum aliquod mandanti factum, mandantis nomine acceptat, consequenter mandans mandatario jus dare po„ test, pacta mandantis nomine, cum aliquo alio ineundi. Si itaque mandatarius intra limites potestatis sibi a mandante datæ, h. e. intra li„ mites mandati sibi a mandante dati, cum ali„ quo 3^{tio} nomine mandantis pãa inierit, tum hoc pō mandatarius mandanti aut jura adqui„ rit, aut obligationem contrahit. adquirit jura, si mandatarius in hoc pō cum 3^{tio} inito promissionem ab isto 3^{tio} factam mandanti, nomine mandantis ac„ ceptaverit; contrahit obligationem, si in illo pō nomine mandantis cum 3^{tio} ineundo, mandata„ rius nomine mandantis promissionem fecerit. Quum itaque mandatarius intra limites mandati a mandante dati, mandantis personam repræ„ sentat, hinc actus per mandatarium in fundamento mandati atque intra limites ejus positus ita erit spec„ tandus, ac ab ipso mandante ortus, inde regula juri„ dica: Qui per alium facit, per se fecisse censendus

est. — Ast, ut mandatarius mandantem repræsentet, eidemque jura adquirat et obligationes contrahat, requiritur, ut mandatarius agat intra limites mandati sui: h. e. ut tantum tales ponat actiones, ad quas ponendas mandans ei jus dedit, quia si hos limites mrs transgressus fuerit, tunc his extravagantibus suis actibus mandanti nec jus, nec obligationem parit, quia mandans ex pō inter ipsum et prm inito magis obligari nequit, quam se hoc pō obligatum esse declaravit. Hinc si mandatarius limites sibi datos transgressus fuerit, actu hoc suo mandantem non ligaret, nisi forte mandans hunc extravagantem actum postea vel tacite vel expresse rati haberet. E. g. Cajus dat Titio mandatum emendi pro ipso bonum aliquod, sed posuit huic mandato limitem, ne pro hoc bono majus offerat pretium, quam ponamus 100,000 aur. num., mandatarius autem emit pro 120.000 aur. Quaeritur, an hoc emptionis ptm mandans acceptare et pretium 120,000 aur. in hoc pō stipulatum, cum p. mandatarium solvendi sit obligatus? —— Non

Nam ad tale pretium offerendum mandans mandatario potestatem non dedit, mandatarius igitur transgrediendo limitem suum mandantem non obligat; ast si Cajus expresse verbis vel tacite id pactum rati haberet, tunc obligatur solvendi hos 120.000 num. aureos.

Sed potest aliquis mandatario suo dare 2plex mandatum, unum apertum seu ostensibile, h. e. tale, quod mandatarius etiam aliis personis monstrare potest, aliud vero arcanum seu tale, quod mandatarius aliis personis monstrare nequit, seu tantum pro sua directione habere tenetur. Si tenor horum duorum mandatorum non esset identicus, sed si tenores sibi repugnarent, mandatariusque agat conformiter tenori mandati expressi; ast contra tenorem mandati secreti quaeritur, an actus hic mandantem obliget? E. g. Titius dedit Cajo jus Titii nomine emendi bonum, quod in licitatione publica venditur, ast in mandato hoc non determinaverit Cajo Titius quantitatem pretii; verum ei dedit mandatum secretum, in quo mandati limitem posuit Cajo, ne plus quam 100,000. aur. n. offerat, jam autem Cajus se legitimavit mandato aperto, jusque adquisivit licitandi et emit hoc bonum pretio 120,000 a. n. Quaeritur, an hoc factum obliget mandantem solvendi h. pretium? —

Ratio dubitandi de eo hoc est.

Sunt hic 2 rationes pro et contra validitatem p̃i pugnantes.

Pro validitate p̃i pugnat mandatum apertum; in eo limes non fuit positus — Contra validitatem p̃i videtur pugnare mandatum secretum, nam in illo mandatario limes fuit positus; iste autem limitem hunc transgressus est. Actus autem ultra limitem potestatis mandatario datis, po-

siti, sunt invalidi; nam ultra limitem mandatarii jurium jus se ejus non extendit, actus autem absque jure positus est juridice nullus.

In solvenda hac quaestione quaeritur primum, juxta quod mandatum validitas hujus actus judicari debet, an juxta mandatum apertum, an vero juxta arcanum?

Mandans dedit mandatario mandatum apertum, in quo ei limites potestatis posuit nullos, dedit ei mandatum arcanum, in quo potestatem mandatarii ad certum limitem restrinxerat: quia tamen dando secretum mandatum, mand. apertum non revocavit et etiam noluit, ut istud mand. secretum monstret aliis personis, absque mandato vero mandatarius agere non potest, censetur mandans voluisse, ut in foro externo valeat mandatum apertum. Hinc validitas hujus actus erit judicanda juxta tenorem mandati aperti.

Ex eo, quod mandatarius conformando se mandato aperto transgressus sit mandati arcani limitem, sequitur, quod sit responsibilis pro hoc mandanti, nam mandatarius mandato arcano pariter obligatur, non vero alii homines, nam id iis est ignotum, ignota autem observare est impossibile et ad impossibilia non datur obligatio: mandatarius itaque pro hoc, quod mandatum arcanum non servavit est responsibilis, adeoque damnum, quod mandatum transgrediendo fecit, resarcire debet;

27

209

Jus naturæ.

d.

resarcire debet; mandatum vero acceptum est ideo negotium mand. ap. factum in foro externo est validum. Sic Titius obligatur servare hoc ptm et solvere 120.000 a. n. ast Titius obligatur solvere casu 20.000.

Mandans potest mandatum suum quovis tempore revocare, quia mandatarius negotia gerenda in comodum mandantis suscipit, non autem in suum proprium, hinc quia suo comodo quisq renuntiare potest, hinc nil obstat et mandanti, quominus comodo suo renunciaret, ergo revocare potest. —

Quo modo mandatum exspirat?

Ut sciatur, an et quando mandatum cesset, videndum est, an mandatarius negotia mandantis gerenda suscepit tantum ad certum et determinatum aliquod tempus, vel vero tempus id durationis mandati non est determinatum.

A. Si hoc tempus in pto est determinatum, tunc tempore elapso obligatio mandatarii gerendi mandantis negotia cessat, quum ex pto nemo magis obligatur, quam se obligatum esse velle in promissione sua declaravit, hinc si mandatarius promisit hoc negotium tantum ad certum tempus gerendum, tunc ultra hoc tempus ea gerere non obligatur.

Istud tempus potest determinari

1) aut expresse, i. e. verbis

2) aut tacite, i. e. natura vel fine negotii.

E. g. Si quis dicet geram tua negotia per 6 annos, tunc elapsis his 6 annis juridice non obligatur ger. (spec. expresse) negotia (tacite per finem negotii). Sed ponamus quod advocatus suscepit defensionem causę, jam intentatę (angestrengter Rechtssache): hujus advocati obligatio, gerendi negotia, eo usque durabit, donec

lis haec fuerit plene terminata, nam suscipiendo defensionem causae, obligavit se, tam diu gerere negotia, donec non fuerit determinata lis. Tempus itaque durationis negotii potest expresse vel tacite determinari.

β. Quid autem si istud tempus duraturi mandati nullo modo fuerit determinatum? E. g. si quis diceret: Geram tibi negotia.

In tali casu mandatum seu obligatio et jus mandatarii eo usque durat, donec ab una vel altera parte non fuerit revocata.

α.) Jam autem mandans habet jus, mandatum a se mandatario datum, quovis tempore pro suo ~~tempore~~ arbitrio revocandi, nam mandans dat mandatario mandatum non in commodum mandatarii, sed in suum commodum; quivis autem suo commodo semper renuntiare potest, et quamvis forte tempus duraturae mandatarii potestatis in praesenti expresse esset determinatum, mandanti jus est mandatum mandatario datum ante effluxum temporis revocandi.

β.) Utrum vero mandatario vice versa sit, mandatum sibi datum quovis tempore renuntiandi? /Ob der Bevollmächtigte das Recht habe, die Vollmacht dem Machtgeber jeden Augenblick aufzukündigen?/ In solvenda hac quaestione distinguendum est:

1.) Si tempus duraturae mandatarii potestatis (expresse aut tacite) est determinatum, mandatarius ante hujus temporis elapsum, mandanti invito mandatum renuntiare nequit; nemo enim ab obligatione cum altero contracta invito altero se ipsum liberare potest, nam huic obligationi correlatum jus ex altera parte est, hinc si paciscens vellet se ipsum altero invito ab obligatione in

pō cum eo invito contracta liberare, læderet jus alterius paciscentis obligationi correlatum.

2) Si autem hoc tempus nullo modo esset determinatum, eo in casu etiam mandatario jus est mandatum quovis tempore, mandanti etiam invito renuntiandi.

Nam si istud tempus nullo modo esset determinatum tum non esset determinata quantitas obji promissi, si autem objm pi nullo modo est determinatum, ejus determinatio pendet ab arbitrio promittentis, seu obligati: ergo etiam si duratio obligationis mandatarii in pō nullo modo esset determinata, determinatio illius ab arbitrio mandatarii pendet, mandatarius jure gaudet tempus hoc determinandi, hinc, si negotium mandantis quodcumque temporis vel per horam gesserit, poterit mandantis renuntiare.

Si autem mandatum per mandantem revocatur, h. e. si mandans voluntatem s. ut mandatarius ejus negotia gerat, mutat, hac revocatione jus mandatarii negotia gerendi mandantis cessat, nam jus hoc fundatur in potestate mandatarii per mandatum a mandante sibi data, fundamento autem sublato tollitur etiam fundatum.

III

De pacto mutui /: Darlehens-vertrag :/

Pactum mutui est pm, quo quis usum rei suæ

fungibilis alteri ea lege concedit, ut iste alter post certum et determinatum tempus sibi tantundem rei ejusdem generis et qualitatis restituat.

Pm̃ mutui potest esse gratuitum, vel etiam onerosum, est itaque pm̃ gratuitum, si quis alteri concedit rei s. fungibilis usum gratis, et est onerosum seu bilaterale, si iste usus conceditur erga stipulatam quamdam remunerationem, quæ usura dicitur.

Iste, qui usum rei fungibilis suæ alteri ea lege concedit, ut post certum tempus tantundem rei ejusdem generis et qualitatis restituat, dicitur mutuans seu creditor, ille autem alter, cui usus rei fungibilis conceditur, dicitur mutuatarius seu debitor.

Debitori oritur ex põ jus, faciendi rei sibi mutuo datæ concessum usum per tempus in põ determinatum.

Quia autem mutuans usum hunc hac sub conditione debitori concedit, ut debitor post elapsum tempus in põ determinatum creditori restituat eandem quantitatem rei ejusdemque generis et qualitatis, debitor conditionem hanc acceptando contrahit erga creditorem obligationem post lapsum tempus (in tempore definito) creditori restituendi eandem quantitatem rei ejusdem generis et qualitatis, et huic debitoris obligationi correlatum est jus ex pte creditoris lapso tempore in

pō determinato exigendi a debitore restitutionem ejusdem quantitatis rei ejusdem generis et qualitatis. — Utrum debitori ex pō mutui prӕter jus, faciendi rei sibi mutuo datӕ usum, etiam adquirat rei ipsius sibi mutuo datӕ dominium?

Res fungibilis, quӕ mutuo datur, natura sua talis est, quӕ usum aliter prӕbere nequit, quam si consumatur vel alienetur. Jus igitur, rem hanc consumendi v. alienandi, est medium necessarium ad faciendum hujus rei usum concessum. Jus igitur rem fungibilem alienandi vel consumendi, et jus hujus rei faciendi usum sunt duo ita connexa, quemadmodum medium cum fine. Creditor itaque concedendo debitori jus, faciendi usum rei mutuo datӕ, non potest sine contradictione non concedere debitori simul jus ad medium, sine quo usus iste fieri non posset, sc. jus rem hanc consumendi, vel alienandi, sed jus, rem hanc consumendi, vel alienandi, est jus disponendi de ipsa rei substantia, adeoque hujus rei dominium; hinc creditor concedendo in pō mutui debitori jus faciendi rei mutuo datӕ usum, concedit ei quoque dominium hujus rei: Debitor itaque ex pō mutui evadit dominius rei hujus individuӕ, quam mutuo acceptat.

Nota. Ratio quӕrendi, utrum debitor etiam dominium rei mutuo datӕ adquirat, non est mera subtilitas scholastica,

adeoque inanis, sed habet usum practicum. Hæc enim mutuo data pecuniæ quantitas potest aut casu perire aut auferri mutuario, hinc movetur quæstio, quisnam hunc casum ferre debet. E. g. Petrus Johanni dedit mutuo 20,000 fl., ast acceptis his 20,000 fl. Joannes domum iens eos amittit, aut furto ei auffert v. g. Sempronius, 20,000 fl. casu perierunt nullo antea usu facto; obligaturne Joañes dare Petro hos 20,000 fl. retro, an ferret forte Petrus hunc casum — quæritur. Hujus resolutionis quæstio pendet ab eo, quis eo tempore, dum res periit, fuit rei dominus.

Dum itaque casum ferat dominus, rei autem mutuo datæ dominus est debitor, hinc si aut tempore usus hæc res mutuo data casu perit, aut etiam antequam dominus præsens i. e. debitor usum hujus rei facere potuit, debitor ferre debet casum et obligatur creditori restituendi rem ——— In pacto mutui.

Mutuarius autem debitor et mutuans evadit creditor, non ejusmet individuæ rei, quæ mutuo data est, sed alterius rei ejusdem quantitatis, qualitatis et generis quidem, ast non ejusdem individuæ rei. E. g. Cajus mutuo dedit Sempronio 10 corctos tritici, hinc Sempronius obligatur restituere Cajo 10 cor. tritici, ~~hinc Sempronius obligatur restituere Cajo 10 cor. tritici~~ ast non eadem grana, quæ accepit, secus enim usum eorum facere non potuisset. Unde sequitur

debitorem, si id, quod mutuo ei datum est, casu periverit, se excusare non posse interitu hujus rei; nam non est obligatus restituere individua, quum tantum sit generis et speciei debitor, in natura autem tantum individua pereunt, ast genera et species non. Pereunte itaque re obligatur debitor restituere res mutuo datas ejusdemque generis et qualitatis.

IV.

De pacto commodati (: Leih-vertrag :)

Pactum commodati est pm̃, quo quis alteri usum rei non fungibilis mobilis gratis ea lege concedit, ut eam post certum et determinatum tempus restituat.

Nota. Dicitur rei mobilis, et tantum tale pactum, quo usus rei n. f. mobilis conceditur nomen comodati habet. E. g. Cajus concedit Sempronio usum equi sui ad 12 horas, tunc pm̃ hoc dicitur comodatum. Ast si concederet Cajus Sempronio usum domus suę ad 12 horas, tunc tale p̃tm ob admodum raram in vita pr. frequentiam nullum nomen habet. Pacta itaque, quorum objt̃m est usus rei n. f. et imobilis sunt quidem gratuita, ast innominata. —

Tempus istud, ad quod conceditur usus rei non f. mobilis determinari potest, aut:

1. expresse verbis. E.g. Si quis diceret: Concedo tibi usum pyroboli mei, ad unum diem, aut

2. tacite et quidem

α. fine, cujus obtinendi gratia usus rei non f. mobilis conceditur e.g. Permitto tibi usum rhedæ et equorum faciendi itineris causa Cracoviam. Tempus durationis juris est determinatum fine: tamdiu jus durat, quod temporis tibi opus est proficisci Cracoviam et retro.

β. natura usus. E. g. Ego Cajus concedo tibi Titio usum Zeilleri, ut examen ex jure naturæ deponas —— concedo ei usum libri tacite, non verbis expressis, ast ex natura usus patet, me ei librum concessisse ad tempus, quo ei opus est, ut se præparet sufficienter ad subeundum examen ex jure naturæ. ——

Quis est juridicus effectus p̄i commodati?

Illi, cui usus rei n. f. mob. p̄o conceditur seu commodatario oritur jus ex p̄o, faciendi rei sibi
1. concessæ p. t̄ps in p̄o determinatum, usum. — Sed quia iste concessus rei comodatæ usus quandoq. aliter fieri nequit, quam cum aliquo rei comodatæ detrimento, hinc aliquod rei detrimentum est medium ad faciendum hujus rei usum concessum necessarium; commodans itaq. seu ille, qui usum hujus rei alteri concedit, concedendo commoditario jus ad usum hujus rei, concessit ei eo ipso jus ad tale detrimentum rei huic inferendum, sine quo usus concessus hujus rei fieri non posset; nam possibilitas rei faciendi usum et detrimentum rei aliquod tq. finis

et medium sunt duo necessario inter se connexa, qui autem unum ex duobus necessario connexis vult, eo ipso et alterum ex duobus n. c. velle debet. Hinc si Cajus Titio usum rhedæ suæ permittet ad iter Cracoviam faciendam, Titius non erit responsibilis pro deteritione rotarum currus, nam hæc deterritio est medium ad usum concessum.

2. Alterum jus, quod commodatario ex pō commodati in rem commodatam oritur, est jus detinendi rem hanc per tempus, quo usus rei concessus ex pō durare debet. Commodatario enim ex pō concessus est rei alicujus usus, iste autem usus sine detentione per aliquod tempus fieri non potest, detentio itaq est medium ad usus hujus rei possibilitatem necessariam, usus itaq et detentio sunt duo necessario conjuncta, jus igitur ad rei faciendum usum absq jure, detinendi hanc rem, cogitari non potest, commodans ergo, concedens comodatario jus in usum rei, necessario concedere ei debet jus, hanc rem, cujus usus conceditur, apud se detinendi.

Si forte tempore currente commodans ipse hac re indigeret, commodans non habet jus, rem commodatam a comodatario ante lapsum temporis concessi ipsi usus repetendi. Nam commodatarius ex pō comodati jus adquisivit rem comodatam apud se detinendi per tot temporis, quo concessus ipsi hujus rei usus duraturus est, hoc autem jure commodatarius invitus privari nequit. Sibi imputet commodans quod hunc casum non prævideret et non potuit praeservare sibi.

Ast quia ex pō, nemo plus juris adquirit, quam quod ipsi ex pō translatum est, cumq ex pō nemo magis ob-

ligatur, quam se obligatum esse promisit, sequitur:
Lapso tempore, ad quod usus rei commodatæ commo-
datario concessus est, commodanti jus esse, rem com-
modatam a commodatario repetendi, et commoda-
tario ~~repetendi~~ obligationem incumbere, huic commo-
dantis juri correlatam, rem commodatam commodan-
ti restituendi.

Quæritur, si res commodata durante commodatarii
jure, eadem utendi, in detentione commodatarii
casu vel perierit vel detrimentum ceperit, quis
hinc casum ferre tenetur an commodans an com-
modatarius —— an commodatarius pro hoc
casuali rei interritu commodanti responsibilis
sit et damnum resarcire obligetur? E. g. si e-
quus fulmine icitur? Casum fert dominus, rei au-
tem commodatæ, etiam jure commodatarii du-
rante dominus est commodans, nam commo-
dans, commodatario non ipsum rei domini-
um, sed tantum illius usum ad tempus in pacto
definitum concessit, dominio h. r. sibi servato.
hinc commodans rei interritum aut deterriti-
onem ferre obligatur, ast deterritionem vel in-
territum tantum casualem, h. e. talem, qui ne-
minis culpæ imputari potest, secus eam ferre
tenetur commodatarius.

Objectio. De commodante præsumi nequit, eum
non tantum gratuitum rei suæ usum commodata-
rio concedere, verum etiam periculum hujus rei
casualem deterritionem vel interritum in se susci-
pere voluisse, nam ipse rei usum confidit commo-
datario et concedit gratuitum h. r. usum, si non
potest vero præsumi illum casualem rei, quæ

non est amplius in suis, sed jam in commodatarii manibus, interritum vel deteritionem in se suscepisse, debet præsumi contrarium, quod casualem rei interritum in se non suscepit.

Refutatio. Præsumptiones in jure nil valent. Et si præsumptionibus in jure pugnare liceret, tum similis præsumtio commodatarium commodantis vincendi juvaret, nam et de commodatario præsumi nequit, pro usu rei certæ admodum exiguo sibi concesso, periculum tam notabilis casus in se suscipere voluisse. Si itaq in jure præsumtionibus pugnare liceret, eliderent se mutuo. E.g. Si Cajus a Titio commodato accipit equum, ut per viam publicam ex foro uno ejusdem urbis ad alterum veheretur et equus fulminis ictus evadit, non potest præsumi, Cajum pro ito admodum vili usu, hunc casum in se suscipere voluisse, nam iter hoc constaret e.g. 30 cruciferis, equus autem 100 fl. Quomodo præsumi potest Cajum pro 30 cruciferis voluisse suscipere id periculum et tanquam non ignorans hunc interritum, voluisse solvere 100 fl.

Jus autem positivum potest recedere ab hac stricta regula et id fit regula prudentiæ causa ob commune bonum. Id autem haud demonstrat theoriam juris naturæ esse falsam. Iste regressus leg. pos. a lege nat. sæpius fieri debet.

Si quisque sciret, se casualem interitum rei alteri commodatæ ipsum ferre debere, quis haberet animum rem suam commodandi? Ita?

Commodatarius itaque in hoc casu comodan„

ti non obligatur interitum rei resarcire, nam isti obligationi correlatum esse deberet jus ex parte commodantis exigendi resartionem, quod ei non competit, nam supponitur, rem commodatam casu perisse, ejusque interitum non esse fundatum in culpa commodatarii, hinc exigens commodans indemnitatem, το suum commodatarii exigeret, ad quod nemini jus est, et essent jura contradictoria, jus commodantis indemnitatem exigendi, et jus commodatarii invasionem in το suum repellendi.

V

De pacto donationis in sensu stricto /: Schenkungsvertrag :/

Pactum donationis in se spectatum est pm̄, quo quis non usum tantum, verum etiam ipsum rei suæ dominium in alterum acceptantem gratis transfert.

Objectum ergo hujus p̄i potest esse quævis res, tam mobilis, quam infungibilis, quam fungibilis.

Nota. Ad essentiam donationis requiritur, ut res gratis promittatur, h. e. ut promissio fiat sine ulla stipulata retributione, quia si donatarius seu ille, qui est in hoc p̄o promissarius a donante seu promittente sub ea conditione aliquid acceptaret, ut donatarius donanti vicissim aliquod præstat, pm̄ donationis in. s. s. abiit in

28

217

9J.

Jus naturae.

abiit in pm onerosum.
Spontaneę tamen non stipulatę retributiones prout reciprocę spontaneę donationes naturam donationis non amittunt et speciem pōrum onerosorum non induunt.

Quis est juridicus effectus hujus pacti.
Si objm pi est res individualiter determinata, tali ex pō oritur donatario jus in rem ipsam seu jus reale; nam donans rem individualiter determinando ex sph. olts suę excludit et ita reddendo vacuam a voluntate sua redigit in pristinum statum, in quo fuit res nullius. (Jus itaq habet cuivis enti r. competens eam occupandi.) Hęc res relate ad donatarium fit jacens, h. e. talis, quam adquirendi tantum ei jus exclusivum competit; ideo habet jus, suam voluntatem ei imprimendi, et hoc modo jus in rem adquirit.
Si autem objm pi non est res individualiter, sed tantum, quo ad genus et speciem determinata, oritur donatario jus in personam donantis, seu jus personale. Non adquirit jus reale, quia res, si non est individualiter determinata, velli non potest, nam redactio intra sphęr. olts est actus voluntatis, ignoti autem nulla est voluntas, hinc voluntas ei, rem tanquam suam habendi imprimi non potest. Si autem objm pacti est activitas promittentis, tum activitatem suam tantum promittet. hic vero est activitas promittentis pi objm, nam promittit activitate sua unum ex pluribus promittentis objectis de-

reale
jus in rem

×

personale
jus in personam
exequit [illegible]
dona activitatem
exhibet

terminandi. Oritur itaq donatario jus in activitatem promittentis ad determinationem individui hujus objecti, impendendam. — Activitas autem entis r. est ejus vis evoluta, hinc donatarius adquirit jus in vires donantis; vires autem entis r. constituunt ejus personam, ergo si objectum pi est res tantum determinata quoad genus et speciem non vero individualiter, donatarius adquirit jus in personam donantis.

Præter pa gratuita nunc enumerata possunt cogitari alia infinite multa pa gratuita, quæ in vita communi nullum peculiare accepere nomen, hinc referenda sunt ad classem porum innominatorum.

*
Acceptatio fit per promissi acceptationem
Titulus est donatio pro donataria et modus est in accep. promissionis
promissarius promissum accept...
ut aliis hominibus elucat ream habere non esse nollus ... debere dominium
ante donationem habet donatarius jus reale et personale

Pa. De pactis onerosis nominatis seu bilateralibus.

Si elementa cujusvis pi scilicet unitas voluntatum promittentis et psarii seu promissio et acceptio penes quemvis singulum est paciscentem; h. e. si quivis singulus paciscens est simul promittens et psarius, pactum est bilaterale.

Omnia pa bilateralia reduci possunt ad pacta permutationis, nam in quovis po bilat. promittens promittendo ro suum alteri paciscenti, pro promissio adquirit ro suum alterius paciscentis sibi repromissum.

Adquisitio obji ergo ab altero paciscente repromissi est finis, cujus gratia quivis paciscens in tali

pro promittit, et promissio est medium ad finem. Quia autem finis continet in se rationem necessitatis volendi medii — (ideo enim e. r. necessitatur velle medium, quia vult finem) — id autem, quod in se continet rationem alterius, est hujus alterius conditio, ideo adquisitio obji ab altero paciscente repromissi est conditio pro altero paciscente, promisso standi.

Id valet de utroque paciscente. E. g. Cajus volens habere equum Titii et videns, quod Titius equum hunc gratis tradere nollet, promittit Titio certum pretium pro hoc equo. Cajus pecuniam suam non promittit gratis, sed promittendo eum intendit finem, ut pro hoc pretio obtineat Titii equum, adquisitio equi est finis et pecuniae promissio est medium, adquisitio equi igitur est conditio, a qua pendet pecuniae promissio. Id autem, quod de Cajo valet, valet et de Titio. Titius promittit equum suum hunc intendens finem, ut adquirat pecuniae summam, hinc pecunia promissa tq finis, cujus medium (adquisitio equi est), est conditio a qua pendet equi promissio.

Sed hoc adquisitio repromissi, a qua tq a conditione pendet obligatio standi promisso alterius, pendet

1.) a possibilitate repromittentis praestandi hoc objectum repromissum, et

2.) a voluntate illius praestandi hoc objectum.

Si enim objectum repromissum esset praestitu impossibile, adquisitio illius pro altero paciscente esset impossibilis, et si, quamquam possibile praestitu esset objectum, promittens non haberet volun-

Ten pies
Deak
[illegible]

tatem praestandi alteri objectum repromissum, adquisitio objecti pro altero paciscente cessat esse possibilitas. ——

Hinc si quaecumque harum conditionum ex parte repromittentis defuerit, eo in casu adquisitio objecti repromissi promittenti erit impossibilis. Quia autem hoc adquisitio, fuit conditio, a qua obligatio standi suo promisso suspensa fuit, hinc evadente hac adquisitione impossibili cessat conditio, a qua obligatio hoc tamquam conditionatum pendebat, cessante autem conditione, conditionatum necessario casulare debet.

—— Hinc si unus paciscentium in pacto bilaterali objectum a se alteri repromissum praestare aut non posset, aut non vellet, alter paciscens a sua erga priorem pactitia obligatione pariter liberatur.

—— Quum ex pacto bilaterali, quivis paciscentium promissione sua alteri facta hunc intendit finem, ut pro 1o s. promisso alteri adquirat 1o s. alterius sibi repromissum, quumque in quovis pacto bilaterali, id, quod promittitur et repromittitur potest esse vel res vel opera, omnia pacta bilateralia sequentibus formulis exprimi possunt.

1. Si objectum promissum et repromissum sunt res, tum, quum promittens promittendo hunc intendit finem, ut pro re sua promissa adquirat aliam rem repromissam, formula haec erit. Do, ut des. I

2. Si objectum tam promissum, quam repromissum est opera. Facio, ut facias II.

Si ex una pte res, ex altera promittitur opera.

Do, ut facias III.

Facio, ut des. IV.

His formulis indicatur finis, quem quivis paciscens in pō bilat: intendit, sc: eum, ut pro ro suo promisso ro s. alterius repromissum adquirat. Quum autem iste finis sit conditio, sub qua quilibet ro suum promittit alteri, hinc istę formulę possunt etiam ita exprimi, ut conditiones designent:

Dabo, si dederis I
Faciam, si feceris II
Dabo, si feceris III
Faciam, si dederis IV.

Pręter has formulas plures non sunt possibiles, nam pręter res et operas promittentis nulla sunt alia pi bilateralis objecta. Istud ro suum alterius paciscentis, repromissum, promittens tq aequivalens ro sui, tq aliquid, quod valore suo ęquale est valori objecti promissi considerat.

Valor est utilitas, quam res aliqua probet, utilitas autem rei est aptitudo ad assequendos fines, quia autem hęc aptitudo rei ad assequendos fines jam major, jam minor esse potest, ideo etiam utilitas rerum, consequenter etiam earum valor jam major, jam minor esse potest. Valor itaque rerum gradus admittit. Quod autem aptitudo rerum ad assequendum finem jam major, jam minor esse queat, patet inde, quod potest una res pluribus assequendis finibus apta esse, quam aliqua alia, imo ad obtinendum

unum eundemque finem potest una res aptior esse, quam altera, imo finis, quo una res apta est obtinendo, gravior est fine, quo altera est apta.

Valor unius rei, cum valore alterius rei comparatus et per eum determinatus pretium rei dicitur. Valor est aliquid absoluti, quod rei inest, quin necesse sit, ut hæc res ad aliam quamdam referatur et cum ea comparatur; pretium autem est aliquod relativi, nam pretium ejus cognoscitur, si valor illius rei comparatur cum valore alterius. — Id per quod valor omnium rerum determinari potest, pecunia est, pecunia igitur est repræsentans valoris omnium rerum.

moneta kruzy

Quæritur itaque, quodnam in pto bilaterali pretium rei justum erit, et quis habet jus, pretium hoc determinandi?

Ob connotum cuivis paciscenti jus independentiæ ab altero arbitrio, nullus paciscentium obligatur, determinationem valoris rei promittendæ pr. alterum paciscentem factam pro vera agnoscere, et huic determinationi tamquam legi se subjicere. Hinc quivis paciscens jus habet, valorem rei suæ cum alia permutandæ determinandi, hinc justum pretium rei illud erit, in quod ambo paciscentes libere consenserint, quia quivis paciscens rem suam alteri potuit donare, nam quivis paciscens suæ rei dominium habet, ideo et jus, pro suo arbitrio de hac re disponendi, ergo etiam gratis alienandi. Si ergo jus hoc habet,

tanto magis jure gaudere debet determinandi id, quod ex ro suo in alterum transferre vult. Hinc si et id, quod paciscens ex ro suo in alterum transferre vult, non esset valore aequale rei alterius, si tamen consentiret in id, ut res transeat in alterum erga hanc valore minorem sibi tradendam, de injuria queri nequit, volenti enim non fit injuria, et omne pretium injustum erit, in quo uterque paciscens consentiret.

Sequitur inde: Secundum jus naturae non dari laesionem enormem et pacta ob laesionem enormem rescindi non posse. Est autem enormis laesio tum, si in po bilaterali unus paciscens pro eo, quod in alterum transfert, ne dimidium valoris rei suae ab altero obtinet. Et tali laesione secundum jus nat: nullum jus esset po non standi, et secundum jus civile, nam ipsi liberum fuit, rem in alterum etiam gratis transferendi, hinc liberum ei quoque fuit, rem suam in alterum pro eo transferre, quod iste alter ei obtulit. Si itaq consentiunt paciscentes in pretium, nullus de injuria conqueri potest, nisi forte ex altera pte dolus intercederet, aut si in errore essentiali versatur: tum hoc pm non ob enormem laesionem, sed ob dolum ob istum errorem evadit nullum.

Sicuti porum unilat: ita et porum bilat. objecta possunt esse vel res vel paciscentm ope-

ræ seu causalitas.

Si obj. pi onerosi res sunt, duplex casus est cogitabilis, vel

1.) permutantur ipsæ rerum substantiæ, vel

2.) tantum usus rerum; adeoq objectum pi est vel ipsa rei substantia, vel usus rei, seu causalitas.

A. Si illarum rerum substantia est pi objectum, tum

α. vel permutatur res cum re, quarum neutra est certæ pecuniæ quantitas, vel,

β. res cum certa quadam pecuniæ quantitate, vel

γ. certa quantitas rei fungibilis alicujus generis et speciei permutatur cum aliqua simili quantitate rei fungibilis ejusdem generis et speciei, stipulata insuper enumerationis titulo, certa cujusdam rei quantitate, quæ quantitas census vel usura dicitur.

I. Si permutatur res cum re, quarum neutra est certæ pecuniæ quantitas, pm est pm permutationis in sensu stricto.

II Si permutatur res cum certa pecuniæ quantitate, tunc est pm emptionis venditionis. [illegible]

III Si certa quantitas rei fungibilis alicujus generis et speciei permutatur cum aliqua simili quantitate rei fungibilis ejusdem generis et speciei, stipulata insuper enumerationis titulo certa quantitate cujusdam rei, tunc est mutuum onerosum.

Nota. Datur pretium mutui gratuitum, ibi autem ca„ ret conditio, quod sit permutatio stipulata enu„ merationis titulo certa qntte ejusdem rei, sed tan„ tum gratis.

VI. Si objctm pi non est substantia rerum, sed tan„ tum causalitas eorum, oriuntur pacta locatio„ nis conductionis /: Bestandverträge :/

Ille, qui causalitatem substantiæ alicujus alteri alie„ nat, erga stipulatam certam retributionem, locator dicitur /: Bestandgeber :/ ille, cui hæc substantiæ causalitas erga stipulatam retributionem aliena„ tur, dicitur conductor /: Bestandnehmer :/ Hæc sub„ stantia, cujus causalitas pi locat. conduct. objec„ tum constituit, potest esse vel res vel persona.

Si objectum pi loca: cond: constituit utilitas rei, tunc talia pcta in germanico diversa habent no„ mina, pro diversitate rei, cujus utilitas objectum hujus pi constituit. IV.

Si res talis est, quæ hanc locatam utilitatem præ„ bet sine labore conductoris, pactum dicitur Mieth„ vertrag, locator dicitur Vermiether, conduc„ tor Miether.

Si res, cujus causalitas vel utilitas obj. p. loc. cond. constituit, ejus est indolis, ut locatori non utilitatem aliter, quam labore conducto„ ris, dicitur Pachtvertrag, locator Verpach„ ter, conductor Pächter, dzierżawca.

Si autem substantia, cujus causalitas obj. p. loc. cond. constituit personna est, oritur pactum, quod dicitur Lohnvertrag pactum locat. conductio„ nis operarum. E. g. Si quis famulitium suscı„ V.

pit apud alterum, illi alienat causalitatem perso„ næ suæ, sed non gratis. Ille qui alteri causali„ tatem suam, erga stipulatam mercedem promit„ tit, dicitur, operarum locator, ille autem, qui stipulatam mercedem solvit pro his op. di„ citur conductor operarum. Pacta talia ineun„ tur inter famulos et heros. ——

I.

De pacto permutationis in sensu stricto.

P. p. i. s. s. est pm, ubi res permutatur cum re, quarum neutra est certæ pecuniæ quantitas.

Cui jus ex p. p. s. s. oritur?

Ille, cui jus ex pô oritur, est psarius, quia autem in pô p. s. s. ambo paciscentes sunt psarii, hincque u„ trique paciscenti ex pô p. oritur jus. Sed quia ju„ ri ex una pte corel: est obligatio ex altera, hinc hisce utriusque paciscentis juribus correlatæ re„ ciprocæ sunt eorundem juridicæ obligationes; juri unius paciscentis correlata est obligatio alte„ rius, et juri alterius obligatio jur. prioris.

Quale jus ex pô p. utrique paciscenti oritur?

Objectum permutationis s. s. sunt res, nam res cum re permutatur, si itaque hæ res, quæ permutantur sunt indi„ viduatiter ex tali permutationis pô utrique paciscen„ ti oritur jus reale. —— Si autem objectum pi sunt res non individuatiter, sed tantum, quoad genus et

speciem determinatq, ex tali pō oritur ius jus per-
sonale, seu jus exigendi a promittente, ut rem pro-
missam individualiter determinet et pšario tradat.

Jus hoc reale, quod pšarius ex p. p. s. s. adquirit est
jus dominii. Nam promittendo rem individualiter
determinatam, excludit eam ex sua sphaera et redi-
git in statum originarium, ubi fuit res nullius, ideo
omni jure vacua, et ideo habet jus eam occupan-
di, occupatione autem rei dominium occupatq
adquiritur. Ex hoc sequitur, quod si haec res casu per-
ierit, acceptans casum ferre debet, nam casum fert
dominus, h.e. acceptans non habet jus exigendi ab
altero paciscente indemnitatem. Indemnitas enim
fieri potest aut restitutione rei in natura, aut ae-
quivalente, ast restitutione in natura fieri non
potest, nam supponitur res periisse, hinc si ob-
ligatio daretur, rem in natura non existen-
tem restituendi, daretur obligatio ad impos-
sibilia; — neque aequivalente restitutio fieri po-
test, nam istud aequivalens esset ro suum alte-
rius paciscentis, hinc si illi jus esset, titulo in-
demnitatis exigendi remunerationem, jus ei es-
set in ro suum alterius, quod esse non potest,
nam orientur jura contradictorie opposita: Jus
unius in rem alterius tq indemnitatem et jus
cuivis enti r. competens, quemvis a sua possessio-
ne repellendi.

Quaeritur, si res ista, cujus dominium pšarius so-
la promissionis acceptatione adquirit, anteq ipsi
physice tradita esset, casu periit, an alteri pa-
ciscenti erit jus exigendi a priore istud, quod
vicissim ei promisit. E. g. Cajus vendit Sempro-

nio equum pro 100 n. a. Sempronius promittit 100 aur. Cajus equum; ast Sempronius adhuc non solvit, sed promissionem acceptavit, equus stans adhuc apud Cajum crepat, estne Jus exigendi Cajo a Sempronio 100 aur: ——— Non. Iste enim alter prestationem obji repromissi non promittit inconditionate, sed sub conditione, ut pro suo objo alterum intra ro suum accipiat; hoc conditio adhuc non evenit, hinc etiam inconditionatum sc: tributio obji repromissi locum habere non potest. Ita, quum Sempr. Cajo promisit 100 aur., si equus ad eum devenerit, equus vero adhuc non fuit in ejus physica detentione, non obligatur solvendi Cajo 100 aur. et Cajus non habet jus exigendi solutionem horum 100 aureorum. ———

II

De pacto emptionis venditionis.

Kaufvertrag.

An hoc pô ille, qui rem suam in alterum transfert, erga solvendam ipsi ab altero certam pecuniæ quantitatem, dicitur venditor, alter emptor.

Si res, quæ venditur, est individualiter determinata tunc emptor jus dominii hujus rei adquirit sola emptionis venditionis acceptatione, etiam ante subsequentem hujus rei traditionem. Si autem res venditur, tantum quoad genus et speciem, non

29

225

44

Jus naturæ

f.

tantum quoad genus et speciem, non quoad individualitatem determinata, emptor ante subsequentem traditionem jus tantum contra personam venditoris adquirit, traditionem hujus rei a venditore exigendi. Jam autem venditor ex pō emptionis venditionis ante trad. rei jus tantum personale contra personam emptoris adquirit, exigendi ab ipso solutionem, stipulati pro re pretii, quia vero hæc pecuniæ summa titulo pretii determinata non est quoad individualitatem, sed tantum quoad genus et speciem, hinc venditor ante traditionem non dominium hujus summæ; sed tantum jus adquirit, ab emptore exigendi stipulatæ qntts pecuniæ ejusdem generis et speciei solutionem.

gemma et species non pereunt.

Cetera emp: vend: est species permutationis sensu lato: quod autem valet de genere, valet et de specie. Cuum vero ex pō nemo plus juris adquirit, quam quod promittens promittendo in ipsum transferre velle se declaraverit, hinc si venditor rei alicujus in P. C. U. dominium rei venditæ in emptorem expresse hac sub conditione transtulit, ei non esse jus, rem sibi venditam absq venditoris consensu alteri alienandi v. onerandi, emptor, cuum venditionem rei tali sub conditione sibi oblatam, acceptando, simul et conditionem acceptat, adquirit quidem jus dominii rei venditæ, ast non licet ei, eam absq voluntate venditoris alienandi vel onerandi. —

III.

De pacto fœneratitio.

Mutuum gratuitum a mutuo foeneratitio tantum in eo differt, quod in priori quis usum rei suæ fungibilis concedit gratis et tantum ea lege, ut rem ejusdem quantitatis ejusdemq; generis et speciei post certum tempus restituat; in mutuo vero foeneratio præter restitutionem usus rei fungibilis sub ea adhuc lege conceditur, ut præter hanc restitutionem rei ejusdem generis et qualitatis tribuat debitor creditori stipulatam quandam remunerationem, quæ usura dicitur.

Quare mut. foen. ad Pa permutationis numeratur?

Quia creditor, mutuum dans, concedit debitori usum rei, et transfert in eum ipsum quoque rei hujus dominium (vide priora) et non potest eandem ipsam rem in natura repetere, quia secus debitor, si eandem individualem rem creditori restituere deberet, concessum sibi rei hujus usum facere non posset, quia usus rei fungibilis v. in alienando v. in consumendo consistit, hinc si eandem indiv. rem, quam mutuo accepit, nec alienare, nec consumere posset, nullum usum ejus rei facere posset. Restitutionem itaq; rei ejusdem individuæ creditor a debitore rationabiliter exigere non potest, sed aliam rei quantitatem ejusdem generis et speciei; hinc creditor unam quandam rei suæ quantitatem permutat, cum alia quantitate rei ejusdem generis, ejusdemq speciei. — Est ergo permutatio.

Circa hanc speciem p. onerosorum ea omnia valent, quæ de mutuo gratuito valere dictum est, nam mut. oner. et mut. gratuita in omni excepto usura

sui foenore concordant; oritur tantum circa fm mut. oneros. quaestio.

An quaevis foenoris quantitas secundum principia juris naturae licita est?

II

Secundum principia juris naturae creditor non habet jur. obligationem concedendi debitori rei suae usum gratuite, sed jus habet, si usum rei suae debitori concedere vult, concedendi hunc usum erga aliquod aequivalens; est itaq. creditori jus, exigendi a debitore aequivalens aliquod ob concessum rei usum; nam si creditor rei suae usum debitori concedit, tunc per tempus istud, ad quod rei suae usum concessit, ipse rei suae usu carebit, creditor autem juridice non est obligatus, in commodum debitoris usu rei suae carere, hinc jus habet, pro illo usu, quo in commodum debitoris carebit, aequivalens a debitore exigendi. Hoc aequivalens determinandi jus quoque creditori competit, quia creditor tantum scire potest, qualem usum illa res fungibilis, quam debitori concedit, ipsi oblatura fuisset, si eam debitori non dedisset.

Sed ista creditoris aequivalentis determinatio, non imponit debitori obligationem, hanc determinationem acceptandi, et ei se tq legi subjiciendi, si existimat usum rei fung. a creditore concessum, tantum non esse effecturum, quantum esset aequivalens, per creditorem determinatum, si ei talis obl. non incumbit, tunc ei quoq. jus est, usum rei fung. sub condione tanti aequivalentis non acceptandi. Si vero tamen acceptat, usum h. r. sub tali conditione de injustitia usurae queri nequit, nam volenti non fit injuria. Secundum igitur principia juris naturae, quaevis usurarum quantitas

erit justa, in quam ambo paciscentes libere consentiunt.
Jus igitur naturæ usurarum pravitatem ignoscit.

Inter mercatores ... datum ... non 6 ... 200 inter alios dato pigno ... 5 si non dato 6 de 100

IV

De pacto locationis in genere.

Lehrdienst naturæ.

Pactum locationis in genere est illud, ubi causalitas rei committitur alteri erga stipulatam remunerationem, quæ census ... vocatur. Ille, qui causalitatem rei transfert in alterum erga stipulatam retributionem, vocatur locator ..., ille alter conductor.

Locatori oritur ex pô loc. conductionis jus, hunc pô loc. conductionis stipulatum censum ab altero exigendi.

Quum locator pô. L. C. in conductorem non dominium rei locatæ, sed tantum usum ejus ad certum et definitum tempus in conductorem transfert, dominio rei hujus sibi reservato, hinc jus est locatori finito locationis tempore h. e. lapso tempore, ad quod usum rei suæ conductori concessit, rem locatam a conductore repetendi.

Jam autem conductori oritur jus ex pô L. C, re sibi locata per tempus in pô stipulatum utendi, h. e. jus faciendi rei sibi locatæ usum sibi a locatore concessum p. tempus in pô definitum.

Hoc autem tempus potest definiri aut expresse verbis, aut tacite, fine, cujus gratia res conducta est.

Quia usus rei conductori concessus, absq hujus rei physica detentione fieri nequit, hinc locator, concedendo conductori usum rei locatæ, eo ipso conce-

dit jus ad medium, sine quo usus iste fieri non pos„
set, sc: jus per tempus locationis rem locatam
in physica detentione habendi. Hinc ex pō L. C.
conductori oritur etiam jus, rem sibi locatam p.
tempus in pō stipulatum physicē detinendi.

Quum porro iste conductori a locatore conces„
sus usus rei non fieri potest, sine quadam h. r.
deterritione, seu sine quodam hujus rei detri„
mento, hinc, quum ista rei per usum deterritio
medium sit ad istum usum, medium autem et
finis ita sunt duo connexa, ut unum absque
altero cogitari nequit, locator concedens con„
ductori jus, re hac utendi, concedere ei debet
etiam jus rem hanc quodammodo deterren„
di. Ex pō L. C. igitur conductori oritur jus
quoq, tale huic rei detrimentum inferendi,
quale ad faciendum h. r. usum requiritur
indispensibiliter.

An secundum jus naturę conductori est
jus, rem sibi locatam alio tertio, sine consen„
su locatoris sublocandi /: in Afterpacht zu über„
geben: /

Quæstio hæc, quam videmus analogam esse cum
illa: Utrum commodatario jus sit usum rei
sibi commodatę absq̧ scitu commodantis
in tertium quemdam transferendi —— ha„
bet conditiones pro et contra.

Ratio dubitandi hæc est:

Ille, cui ex pō jus in alterum est, jus in alium
tertium transferre potest, quin ad id habeat
necesse consensu alterius paciscentis /: quæ
translatio cessio dicitur. /: Hoc debebit etiam

de conductore valere, quod enim de genere valet, deberet etiam valere de specie, hinc conductor quoque jus habere deberet, usum rei sibi locatæ in aliquem 3tium transferendi, quin ad validitatem hujus translationis opus haberet consensu locatoris.

Rationes contra affirmandam quæstionem pugnantes sunt sequentes:

1. Ex pō commodatarius atq conductor nonnisi illud jus habent, quod ipsis mediante pō concessum est, sic pō comodati, quam pō locationis conductionis commodans commodatario, locator conductori concedit solum jus, re hac utendi, jam autem jus, re aliqua utendi et jus rei hujus usum in alium quemdam transferendi, non sunt identica, nec unum in alterum continetur, nec sunt necessario connexa, hinc commodans et locator usum rei concedendo, non possunt censeri jus, usum hujus rei in alium tertium transfferendi consensisse. Hinc si commodatarius aut conductor usum rei, sibi locatæ in alterum quemdam sine scitu et consensu locatoris transferre vellet, plus sibi arrogat, quam quod ipsi ex pō concessum est.

2. Dum quis alteri rem suam locat, aut comodat, respicit personales conductoris et commodatarii qualitates et respectu harum qualitatum pum init. Jam autem jura ex pactis respectu pers. qualitatum orta, sunt jura personalissima, quæ in aliquem tertium sine consensu alterius paciscentis transferri nequeunt.

Fortior itaque videtur esse opinio, quæ susti-

nec juxta principia juris naturæ commodatarium et conductorem jure non gaudere, usum rei sibi locatæ in aliquem 3tium transferendi, consensu commodantis et locatoris.
Excipitur, si in pacto ab utroque aliter esset stipulatum, Jus civile ob commune bonum contrarium statuere potest.

V.

De locatione conductione operarum (vom Lohnvertrage).

Si objectum pacti bilateralis est causalitas personæ alicujus, pactum locationis abit in pactum locationis operarum.

Spectato fine, cujus gratia causalitas personæ alteri promittitur erga retributionem, quæ hic merces Lohn vocatur, oriuntur hujus P. L. C. O. species.

Si finis, cujus gratia causalitas personæ alteri promittitur, erga mercedem, est rei alicujus custodia, erit pactum depositi onerosum. 1.

Nota. Etiam hoc pactum mandati est aut gratuitum aut onerosum.
Pactum igitur depositi potest esse gratuitum aut bilaterale, prout ista custodia gratis aut erga mercedem promittitur.

Si finis, cujus gratia unus paciscentium causalitatem s. erga stipulatam remunerationem promittit, est gestio hujus negotii ejus nomine cum aliquo tertio, tunc hæc species P. L. C. O. est mandatum onerosum. 2.

Nota. Etiam hoc pactum mandati est aut

gratuitum aut onerosum.

3. Si finis, cujus gratia unus paciscens operam s. alteri promittit erga stipulatam remunerationem est aliquis a prioribus finibus diversus, erit locatio operarum in sensu stricto.

Quoad hoc paã tantum generalia pactorum ppĩa valent: Promittens ex tali p̃o jus adquirit objtm promissum a p̃sario exigendi, et p̃sarius jurid. obligationem contrahit, objtm promissum praestandi.

Ast quoad omnia paã bilateralia oritur quaestio:

Quis paciscentm̃ prior suam erga alterum pactitiam obligationem adimplere debet, seu cui paciscenti jus est exigendi prius ab altero paciscente praestationem obj̃i promissi.

Jam introitu de pactis bilateralibus vidimus, quemvis paciscentem suscipere in se p̃o obligationem praestandi alteri paciscenti objtm promissum non inconditionate, sed sub conditione, si alter objtm a se repromissum praestaret (Dabo, si dederis, faciam, si feceris.) In pactis igitur bilateralibus obligatio cujusvis singuli paciscentis alteri objtm promissum praestandi est conditionata, dependens ab alterius paciscentis adimpleta obligatione, tanquam a sua conditione. Si itaq unus, vel alter paciscens vult ut ei jus sit exigendi ab altero paciscente adimpletionem promissionis, quum illa promissio sit conditionata,

debet ex parte sua prius ponere conditionem, i.e.
quum illius alterius paciscentis obligatio pendet
ab eadem adimpletione illius conditionis sc: obli-
gatione, hinc paciscens volens jus habere exigen-
di ab altero adimpletionem illius obj, debet prius
suam erga alterum obligationem adimplere, quia
si vellet ipse prius ab altero exigere adimpletionem,
ille alter illi objicere posset, se non inconditionate
iniisse pm, sed sub conditione obj. repromissi pre-
stationis. Si itaq in pō non est expresse definitum,
quis paciscentium prior suam pactitiam erga alte-
rum paciscentem obligationem adimplere debet, ille
paciscens pact: suam erga alterum obligationem
prius adimplere debet, qui vult jus habere exi-
gendi ab altero paciscente obj promissi presta-
tionem.

Ex quovis pō mandati duplex oritur juris relatio
(Rechtsverhältniss:) prima inter mandantem et
mandatarium, altera inter mandantem et eos, qui-
buscum mandatarius mandantis nomine pāā in-
iit. Ex prima juris relatione oritur mandanti jus
exigendi a mandatario, ut suscipiat negotia ge-
renda, et huic juri correlata est juridica manda-
tarii obligatio, hic negotia gerendi.

Quia autem cuivis obligationi, tq necessitati mo-
rali inest possibilitas moralis, hinc mandatarius
etiam jure gaudet, negotia mandantis cum aliquo
3tio gerendi. Ex altera autem relatione sc: inter
mandantem et eos, quibuscum mandatarius man-
dantis nomine pāā iniit, prout mandatarius in
illis pactis vel promittens vel psarius fuit, oritur
jus iis, quibuscum mandatarius mandantis no-

mine sua inivit vel contra mandantem, vel mandanti jus contra illos, quibuscum mandatarius, negotia gessit, quia mandatarius agendo intra limites mandati vel objectum aliquod ex sphæra promittentis exclusit, vel aliquid eidem inclusit, adeoq vel mandantem aliis, vel alios mandanti obligavit. Mandatarius ergo jus habet, nomine mandantis ejus negotia gerendi cum aliquo tertio et hoc mandatarii jus, fundatur in ipso a mandante dato mandato.

Qui autem negotia aliena gerit, absq mandato, dicitur negotiorum gestor [: Geschäftsführer ohne Auftrag:] N. G. dum a negotiis alterius, hoc altero invito vel saltem inscio ingerit, non tantum negotia hoc, absq jure, adeoq injuste gerit, verum etiam eum, cujus negotia gerit, lædit, nam qui se alterius libertatis sphæræ immiscet, hoc altero invito lædit eum. Ex læsione autem non jus, sed tantum obligatio oriri potest, hinc etiam gestio negotiorum alienorum invito non jus, sed tantum obligationem parit damnum, si mandatarius gerendo negotia intulit, reparandi. — N. G. eum, cujus negotia absq mandato gessit, non obligat, neque ei jus parit. Si tamen ille, cujus negotia N. G. gessit, hanc negotiorum suorum gestionem postea seu expresse vel tacite ratihaberet, hoc ejus subsequa negotiorum gestorum Ratihabitio spectanda esset, tamquam mandatum, hinc negotia N. G. per subsequam ratihabitionem illius, cujus negotia gesta sunt, robur juridicum adquirunt [: Genehmigung d. Geschäfte:] pos-

sunt ergo ei, cujus negotia sunt gesta, jus sui obligationem parere, prout N. G. promissum ab alio 3tio vel acceptaverit, vel ipse promissionem alteri fecit.

Hoc autem voluntas illius, cujus negotia N. G. gessit, se velle hoc gesta negotia rata habere innotescere potest, aut expresse, si ille, cujus negotia gesta sunt, disertis verbis ratihabitionem gestionis declarat, aut tacite, si ille, cujus negotia sunt gesta, utilitatem ex hac negotiorum gestione nata, et ipsa negotiorum gestio sunt causali nexu, adeoq necessario inter se connexa, qui autem vult unum ex duobus necessario conjunctis, non potest non velle rationabiliter alterum.

Utrum librum alienum invito vel saltem inscio libri autore recudere liceat, juxta principia legis naturae juris? /: ob nach dem Principe des Naturrechts der Nachdruck der Bücher ohne Einwill: des Verfass: erlaubt sei?

Supra hanc quaestionem, praesertim in Germania septemtrionali admodum acriter disputabatur, et adhuc disputatur, sub judice adhuc lis est. — Sunt, qui sentiunt, recudere librum autore invito aut inscio repugnare legis naturae juri; demonstrare ita conantes:

„Cogitationes in libris contentae sunt verum autoris hujus libri, qui itaq autore hujus libri inscio librum hunc recudit et eum divulgat, communicat cogitationes in hoc libro contentas, adeoq proprietatem autoris hujus libri illo inscio aliis hominibus communicat. Ingerit se ergo autoris hujus libri negotiis in id non consentientis, hinc

est negotiorum gestor; jam autem negotiorum gestor injuste agit eum lædens, cujus negotiis absq mandato se ingerit, jam autem generalis est hominis erga hominem ob: neminem lædendi, naturalis adeoq absq pō existens est obligatio hominum <u>non recudendi librum non consentiente in id autore libri.</u> ———

<u>Refutatio h. argumenti.</u> Basis hujus argumentationis in eo est reposita, quod cogitationes in libro aliquo contentæ, sunt proprietas autoris hujus libri et ex hac basi formatur conclusio, quod, cum cogitationes sunt proprietates autoris, nemini liceat librum recudere, et recusum divulgare, nemini enim licet de proprietate alterius eo invito disponendi. ———

Sed ista basis, quod cogitationes in libro typis in lucem publicam proditi contentæ maneant adhuc proprietas hujus autoris, non est vera.

Quousq liber est in manuscripto, et latet intra privatos autoris parietes, eousq verum est, quod cogitationes in manuscripto contentæ sint proprietas autoris hujus libri et nemini erit jus has cogitationes eo invito in lucem edendi. At dum ipsemet autor typis imprimi curat et librum typis impressum alienat, hac alienatione libri sui alienat simul cogitationes in hoc libro contentas. Alienatione autem emptor jus Dominii adquiritur, ideo emptor, vel si autor librum hunc cui donat, donatarius talis libri, donatione hujus libri adquirit e-

30

233

ii

Jus naturae

7.

adquirit etiam proprietatem cogitationum autoris in hoc libro contentarum. Adquisita autem hoc modo proprietate cogitationum in hoc libro contentarum, potest tras cogitationes etiam aliis communicare, nam dominus rei proprietatem etiam aliis comunicare potest.

Jus, librum alienum typis editum et legitimo modo adquisitum recudendi, et recusum divulgandi ita etiam demonstrari potest: Si non liceret librum legitimo modo adquisitum recudere et divulgare, queritur, quare non liceret?

Ratio alia secundum jus naturę, quare actio aliqua illicita esset, nulla est, quam quod p. istum actum jus alterius lederetur, hinc, si recusio librorum alienorum typis editorum et legitime adquisitorum esset actio juridice illicita, tum jus alterius lederetur. Id autem de recusione libri demonstrari nequit, nam autor hujus libri tunc leditur, in suo jure, si in prosequendis licitis suis finibus impeditur, quivis enim in jure suo tum leditur, si impeditur in prosequendis suis licitis finibus, hinc si per recusionem libri per autorem editi typis et modo legitimo adquisiti, sine permissione autoris factam, autor lederetur, deberet ostendi, quod per recusionem hanc in prosequendis suis finibus licitis impeditur. — Hoc autem demonstrari nequit, nam finis, cujus gratia autor aliquis librum suum in lucem typis edit publicam, est iste, ut cogitationes in hoc libro contentę mediante typo eo facilius inter homines propagentur. Verum recusione iste finis adhuc adquiratur recusio libri

E. g. opifex horologii. —

est itaq actio legi non adversa, adeoq lege per„ missa.

Si autem adnexa est editioni hujus libri condi„ tio ne quis etiam modo legitimo adquisitum librum recudat et divulget, aliud est. Possessor libri acceptando librum acceptat etiam conditio„ nem adnexam, tunc ex pto jus librum re„ cudere non habet, nam pcta obligant pacis„ centes.

Autor noster divisioni ptorum in pacta unila„ teralia et bilateralia, elementorum ptorum et eorum inter pacisentes divisionis respectu factae, adjungit alteram eorum divisionem sc: in pacta principalia et accessorea in Hpt. und Nebenverträge;

Pacta principalia illa dicit esse, quibus no„ vum aliquod jus h. e. tale, quod ante hoc initium ptm, psario non competebat, psario oritur — pactaq accessorea illa, quibus nul„ lum quidem jus novum, sed tantum magis ju„ ris jam aliunde quaesiti firmamentum obti„ netur, juxta nostrum autorem ptm mutui est ptm principale, quia mutuo accipiendi oritur jus tale, quod ei ante initum hoc ptm non competebat, sc: jus utendi re aliena, sibi mutuo data, nam ante initum hoc ptm debi„ tor mutuum accipiens hoc jure non gaudebat nemo enim sola natura rationis spectata jus habet rerum alienarum dno invito u„ sum faciendi. Ptm autem pignoris, quod in securitatem mutui a debitore creditori da„

tur, est jus accessorum, quia hoc pacto creditori, cui pignus datur, nullum jus novum oritur, sed tantum major securitas juris ex pacto mutui quaesiti. Ita ex pacto fidejussionis creditori, cui fide jubetur, novum jus non oritur, sed tantum securitas debitum mutuo datum ipsi retro solutum iri.

Hae definitiones autoris pactorum principalium et accessor: non videntur logice justae esse, nam scopus definitionis est, ut per definitionem res definita ab omnibus aliis rebus distinguatur, his autem definitionibus pacti principalis et pacti accessorii, jus principale a pacto accessoreo non distinguitur, nam etiam pacto accessoreo non adquiritur jus antea non habitum. (Ita ex pacto fidejussionis creditor, cui fide jubetur, adquirit jus exigendi a fidejussore solutionem debiti, si debitor debitum non solverit, id fidejussor contrahit contra creditorem obligationem solvendi debiti alieni, illius nempe pro quo fide jubet, et huic fidejussoris obligationi correlatum est jus illius, cui fide jubetur exigendi a fidejussore debiti solutionem non illius, sed alicujus tertii sc: debitoris. Ante hoc initum fidejussionis jus creditor non habet jus exigendi a fidejussore solutionem debiti, nam nemo sola lege juridica spectata obligatur aliena debita solvere, quum nemo obligetur in assequendis justis finibus quemdam promovere et adjuvare. Ex pacto fidejussionis autem oritur jus hoc respectu creditoris novum.) Ita ex pacto pignoris oritur novum jus creditori.

Nam creditor ex pto pignoris adquirit jus rem sibi in pignus datum detinendi et casu quo de„ bitor in stipulato tempore non solveret, sibi ex re oppignorata satisfaciendi. Sed an ille ante pm in hoc initum h. e. sola lege juridica habet jus res debitoris sui adprehendi? — Non. Pto autem pignoris hoc jus adquirit, ex„ quo etiam pto pignoris adquiritur novum jus. —

Dum itaq ex pactis accessoreis creditori oriuntur nova jura, hinc definitiones ab autore datæ non sunt logicæ justæ; possunt dari meliores. Ut vero definitionum horum justitia ad manus pateat, sequentia sunt promittenda: — Conceptus hi, principalis et accessoreus, sunt conceptus relativi non absoluti, quia unus alium supponit. Si cogitatur principale, necessario sup„ poni debet accessoreum et v. v. At pm prin„ cipale potest etiam solum esse, quin ad illius existentiam aliud requiritur pm, ita pm mu„ tui potest solum esse, quin necesse esset pto pig„ noris, potest illi, qui alteri summam increditt, tantum eo in suum debitorem fiduciam pone„ re, ut ei superfluum videatur, postulandi pig„ noris praestationem. At pm accessoreum nun„ quam potest esse solum. Ita pm pignoris et pm fidejussionis nunquam solum esse pos„ sunt, sed semper supponunt pm mutui, nam pa. p. et p. fijsns sunt paa, quibus obliga„ tiones aliis pis erga aliquem contractæ, firmio — res redduntur, hinc ita se habet p. p. et pm fidjsns ad pm mutui, quomodo se habet ma„

magis firmandum, jam autem magis firmans absq magis firmando cogitari non potest, ita et p. p. et pm fidejussionis absq pro mutui cogitari non potest, at potest cogitari pm mutui absq p. p. et p. fidejussionis, nam non est necesse semper pm mutui firmandi. Hinc ita definiemus pa principalia et accessorea.

Pa ppalia sunt illa, quæ cogitari et existere possunt, quin necesse sit, ea ad aliud aliquod pm referre (: ohne daß es nöthig sey, sie auf einen andern Vertrag zu beziehen :) Paa accessorea sunt illa, quæ cogitari et esse non possunt sine relatione ad aliquid aliud pm. Sunt erga pa, quæ necesse supponunt aliud pm, ad quod firmius reddendum ineuntur. Hac de causa pm pignoris et pm fidejussionis sunt pa accessorea.

Pactum pignoris

est pm, quo res quædam ab uno alteri eum in finem datur, ut is ex hac re pro casu, si objm juris illius materalis per læsionem hujus juris amitteretur, ex hac re se indemnem præstet. E. g. Cajus habet ex pro mutui sq creditor jus exigendi a Titio sq debitore solutionem mutui dati. Hoc mutuum datum est objectum juris creditoris, hoc autem juris objm creditor amittere potest, si debitor jus hoc læserit, h. e. si debitum stipulato tpre non solverit. Si nunc vel debitor ipse, vel aliquis 3tius creditori rem quamdam dat, ut creditor ex hac re pro casu, si debitor solvere nollet, itaq jus creditoris læsum, et legitima juris ma-

teria amissa esset, ex hac re materiam juris sibi ha-
bere posset, tunc erit prm pignoris. Ipsa res, quæ
creditori, sive a debitore ipso, sive a 3tio aliquo
debitoris loco eum in finem datur, ut ex hac re
sibi pro casu, si objctm juris per læsionem amit-
teretur indemnitatem sibi prostet, dicitur pignus
(prm Ctum) et potest esse vel res mobilis vel im-
mobilis. In casu, si res est immobilis pignus
potest dici hypotheca (: hypotheca est vox græ-
ca, et idem significat ac pignus, ast ita est as-
sumptum:)
Quæritur, qualenam jus ex p. p. creditori oritur?
Creditor adquirit jus ex re sibi oppignorata in-
demnitatem sibi procurandi pro casu, si cu-
jusdam juris ejus materia p. hanc juris læsio-
nem amitteretur.
Hanc indemnitatem creditor 2plici modo po-
test procurare:
1) alienando rem oppignoratam et tum procu-
rabit sibi valorem juris per læsionem amissi
ex pretio rei oppgnrtæ per ejus alienationem
obtento.
2) potest creditor rem oppgntm in natura in satis-
factionem retinere, pretio illius rei antea, mu-
tuo creditoris et illius, qui pignus dat consensu
determinato. Residuum, quod creditor 1.) vel
alienando rem supera summam mutuo datam
obtinet, vel 2) quod valorem rei in natura
retentæ superat, obligatur creditor restituere
debitori. E.g. Cajus dat Titio mutuum et Titio
dat ex pignus fitiam phialam auream (pretio 300 a. n. mutuum

autem tantum 289 n. a., hinc si alienatione satisfacit sibi, obligatur Titio restituere 11. n. a., et si vult filiam in natura retinere, debet pretium determinari, et 11 aurei Titio exsolvi. Sed tam ad rem alienandam, quam ad rem in natura retinendam tantum dominus rei jus habere potest, inde videmus, quod jus pignoris, jus scilicet ex re oppignorata se indemnem reddendi, quod creditori ex pô p. oritur, sit jus dominii.

Hoc jus pô p. in creditorem non inconditionate, sed sub hac suspensiva transfertur conditione, si objm juris ejus materialis per hujus juris laesionem amitteretur; quousque ergo haec conditio pendet et non evenit, jus istud pignoris, creditori ex pô p. competens est tantum jus conditionatum, eventuale, suspensum ob eventum hujus conditionis, si debitum, quod pignore est assecuratum stipulato in termino, ipse non solveretur, seu, si creditor objm juris sui, per hujus juris laesionem amitteret.

Ast istud etiam eventuale jus dominii in pignus, non in totum pignus creditor adquirit, sed tantum in partem correspondentem objecto juris pignore assecurati.

Si verum est, quod istud jus pignoris nil sit aliud, quam jus dominii partis, praetensione pignoris assecuratae aequalis, tunc etiam verum est, jus pignoris esse jus reale, h. e. jus in rem, nam dominium est jus in rem, jus pignoris autem est dominium eventuale.

Ex hoc autem consequitur, quod sicut do-

minium rei, si res est individualiter determinata, ex ipso pacto, etiam rei traditionem adquiratur, ita etiam in pignore dominium eventuale ipso jure etiam absque rei oppignoratae actuali traditione adquiratur, si res oppignorata est individualiter determinata.

Quia autem jure p. creditori conceditur dominium rei oppignoratae conditionate, jam autem dominium rei in alterum, tantum ab eo transferri potest, qui est hujus rei dominus, manifestum est, jus pignoris tantum a domino rei oppignoratae creditori concedi posse.

Unde sequitur, quod si illi, qui pignus dedit, non esse rei oppignoratae dominus, etiam creditor ex jure cum illo inito jus pignoris in hanc rem non adquirit, nam jus pignoris est species dominii, dominium autem in alterum ab eo transferri nequit, qui non est hujus rei dominus. nemo quid dare potest, quod ipse non habet. Alioqui si quis non dominus rem aliquam oppignoraret, dominus rei oppignoratae habebit jus, rem hanc suam absque ejus consensu oppignoratam a creditore revindicandi; nam dominus generatim jure gaudet, rem suam a quocumque 3=tio ad quem se invito devenerit, revindicandi, ob jus suum, rem suam exclusive possidendi et quemvis alium ab hujus rei possessione arcendi. —

Qualia jura creditoris in ipso jure pignoris continentur?

Quum hoc jus creditore in re oppignorata, in securitatem ejus constituatur, hanc autem secu-

ritatem creditor, in re oppignorata, tantum tunc habebit, si hanc rem intra suarum virium sphaeram redactam habuerit, sequitur inde, creditori juris pignoris jus esse rem sibi oppignoratam detinendi (man zu heben) et quidem eo usque donec debitum ipsi solutum non fuerit vel donec et pignore indemnitatem sibi non procreaverit.

Alterum jus est, casu, quo conditio suspensiva, sub qua creditori jus conceditur ex re oppignorata, se indemnem reddendi, evenerit, est jus materia juris sui laesione hujus juris amissa ex re oppignorata indemnitatem sibi praestandi vel alienatione rei oppignoratae vel eandem detinendo in natura.

Sed quia creditor adquirit ex pto jus pignoris non in totum pignus, sed tantum in partem ejus valori obji illius pignore assecurati correspondentem, hinc residuum pignoris, si quod adfuerit, obligatur restituere ei, qui hoc pignus dedit, nam in hoc residuum tamquam pignus excedens nullum jus habet.

Antequam conditio illa suspensiva evenerit, quod creditor objtm suum juris sui laesione amiserit, creditori jus tantum competit rem hanc detinendi, non autem re hac utendi, nam quamvis ex pto p. dominium etiam rei oppignoratae conceditur, dominium tamen non conceditur statim, sed eveniente hac conditione, si objtm assecuratum juris sui laesione amitteretur, seu si debitum assecuratum in tempore stipulato non solveret. Quamdiu hac conditio pendet, non est jus creditoris, jure suo utendi, hinc

si creditor ante eventum hujus conditionis re ha-
uteretur, læderet debitorem.
Si vero ab eo, qui pignus dedit, usus rei expresse esset concessus v. g. titulo usuræ; eo in casu, quum pactum dat jura paciscentibus, creditor gauderet jure utendi pignore et ante conditionis suspensæ eventu, et tale pactum, quo ab eo, qui pignus dedit creditori jus conceditur pignore utendi, dicitur pactum antichreseos.
Quum jus pignoris tanquam jus, quo obligatio aliquid præstandi, ex alio jure orta, firmior redditur, illam obligationem pignore firmandam supponat, hinc, si hæc obligatio pignore firmanda cessaret, etiam jus pignoris cessaret; nam pignus est firmans obligationem aliunde contractam; si obligatio nunc cessat, deest firmandum, deficiente firmando firmans cogitari nequit, hinc deficiente obligatione cessaret quoque jus rem oppignoratam detinendi; cessat ergo et illius, qui pignus dedit juridica obligatio, creditoris juri correlata, rem oppignoratam penes creditorem relinquendi, et contra jus ei oritur, rem penes creditorem pignoris causa derelictam, ab eodem repetendi.
Jus autem pignoris variis modis cessare potest, nam quum cessante obligatione ex alio jure orta expirat quoque jus pignoris, hinc, quum quævis obligatio (ut id ex theoria de jure generatim scimus) cessare possit solutione, remissione, compensatione, consolidatione, interitu objecti

ediam, hinc et jus pignoris iisdem modis cessabit.

Quid vero juris, si creditor ante solutum debitum pignus ei, qui pignus dedit, sua sponte restituit?

Restituto a creditore benevole pignore cessat jus pignoris h. e. cessat jus, quod ipsi ex pô jo. competebat, objm, quod pignore datum est, apud se retinendi, et si debitum stipulato in termino solutum non fuerit, sibi ex re oppignorata indemnitatem praestandi; ast creditor non amittit jus exigendi a debitore solutionem debiti, quod pignore assecuratum fuit. restituendo pignus, creditor amittit id, quod dato sibi pignore adquisivit sc. tantum illam juris securitatem, quam pignore obtinuit, ipsi enim creditori jus in rem non erit assecuratum pignore, sed jus personale; praetensio pignore assecurata, perdurat, donec non cesset modo supra nominato.

Hoc pignus debitor creditori tradit vel statim, vel in eventum certae conditionis ast pacto — hinc de pignore tradito seu tali, quod pô originem debet, nulla erit quaestio, nam actu voluntatis debitoris traditum est.

Sed quaeritur.

An secundum juris naturae principia, datur pignus mere legale h. e. tale, quod sine ullo pô, sed sola lege jur: alicui competit?

Si jus pignoris absq ullo pô, tantum disponente lege jur: alicui competit, tum est mere legale. Lege positiva civili, certis personis tribuitur pignus, in rebus alterius legale, h. e. certo pa-

sonae absque ullo pacto habent jus pignoris in rebus alterius, sed secundum jus ~~pignoris~~ naturae pignus legale non datur, saltem jus pignoris legi defendi nequit; nam jus pignoris est jus dominii rei oppignoratae eventuale, jam autem jus dominii etiam si eventuale rerum alienarum, quae jam dominium habent, absque consensu domini harum rerum, h. e. absque pacto adquiri nequit, hinc etiam jus pignoris non.
Jus itaque pignoris legale non datur.
Ad hoc accedit adhuc sequens ratio: In jure pignoris jus creditoris continetur, rem oppignoratam possidendi seu detinendi, jam autem jus, rem alienam possidendi invito h. e. domino nemini competit, sed ad id opus est vel pacto vel saltem facto; dicitur, vel saltem facto, nam ex sola lege nemini jus oritur, ergo etiam non jus pignoris.
Si pactum intercessisset, tum pacto potest jus pignoris in rebus alienis oriri; sed etiam facto unilaterali potest jus pignoris citra rei oppignoratae proprietarii consensum oriri. Tale unilaterale factum est laesio. Si quis ~~[illegible]~~ enim jus alienum sciens et volens laedit, tribuit pro id laeso jus cogendi, in jure autem cogendi continetur et jus laesi, res laedentis proprias et illo invito apprehendi, si apprehensio haec est necessarium medium laeso conservandi suum jus. Ita videmus in via executionis, ubi et invito debitore res pignori capiuntur et venduntur.

31.

H L

241

Jus naturæ.

8

capiuntur et venduntur. Tale jus non ex pto venit, nam inter creditorem exequentem et debitorem, in quem executio peragitur, pm tale non intercessit, sed ipsa lex juridica ton„cedit creditori laeso jus pignoris in rebus debitoris, si debitor in termino determinato non solvit, judex petenti creditori concedit exequutionem in res debitoris proprias et haec exequutio per„agitur per oppignorationem rerum debitoris propriarum. Hac oppignoratione creditor ad„quirit jus pignoris in res debito„ris, sed non pto, sed sola lege juri„dica. Laesione itaque jus pignoris oritur creditori, et haec laesio ju„ris creditoris, nil est aliud, quam non solutio debiti termino stipu„lato a pte debitoris.

Si itaq quaereretur, an secundum juris naturae principia detur pignus legale, tunc respondetur: Praescissa laesione juris creditoris, h. e. si jus cre„ditoris non est laesum, creditori jus pignoris le„gale in res debitoris non competit, ast si cre„ditor a debitore laesus est, per id, quod debitor debitum termino stipulato non solvit, creditori ori„tur jus, res debitoris oppignorandi et ex rebus op„pignoratis sibi satisfaciendi, supposita itaq ju„ris laesione datur pignus mere legale. —

Pactum fidejussionis,

der Bürgschaftsvertrag,

est pm, quo quis solutionem debiti alieni in se ea sub conditione suscipit, si debitum istud a debitore ipso termino stipulato solutum non fuerit.

Ex hac P. F. Ini natura oritur creditori, cui fidejussum est, jus, debitum tam a principali debitore, quam a fidejussore exigendi et quidem unum ex pô inter creditorem et primaevum debitorem, alterum vero jus ex pô inter creditorem et fidejussorem inito. Pacto itaque fidejussionis unius ejusdemq debiti exstant duo debitores, unus primarius pro quo fidejussor fidem interposuit suam et alter debitor est novus, seu fidejussor.

At fidejussor promittit pô F. Ini debitum alienum solvere non inconditionate, sed sub hac conditione, si principalis debitor illud non solverit, hac de causa fidejussor ad debitum solvendum illius, pro quo fidejussit non prius stringi potest, quam donec debitor primarius in vanum excussus ad solutionem debiti non fuerit. —

Fidejussor igitur jam ex pô fidejussionis habet beneficium ordinis, quod in eo consistit, quod fidejussor non prius ratione solvendi debiti ejus, pro quo fidejussit conveniri potest (: belangt werden kann :) quam postquam primarius debitor ratione solvendi debiti a creditore in vanum excussus fuerit (: nach fruchtlosem Bemühen des Gläubigers vom ursprünglichen Schuldner die Zahlung zu

erhalten, weil dann durch der Bürge wegen der Zahlung belangt werden:/ Creditor itaq debet prius convenire/: belangen:/ debitorem principalem, et si ipse debitor solvere non posset, quia forte fundum solutionis amisit, aut nollet tum primum creditori jus esset, fidejussorem ratione hujus debiti solvendi convenire.
Si prius hoc non convenit, fidejussor potest beneficium ordinis obmovere, sc: hoc, quod debitum hoc non simpliciter solvere promisit, sed sub hac conditione, quod debitor principalis non solveret; ad hoc autem requiritur, ut prius debitorem principalem interpellet, nam si deb: principalis a creditore non fuerit interpellatus, creditor nesciet, an forte ipse principalis debitor solvere aut non posset aut nollet.
Tam jus pignoris, quam jus fidejussionis sunt pacta accessorea quae ineuntur ad firmandam aliquam (debitum) obligationem juridicam alio quodam pacto contractam, hinc ita se habent haec duo pacta ad obligationem (debitum) illam, prout se habet firmans ad firmandum. Si itaque obligatio firmanda, quocumque modo legitimo cessaret et jus fidejussionis et jus pignoris cessaret, h. e. jura et obligationes ex pacto pignoris et ex pacto fidejussionis orta cessarent; nam non subsistente firmando, firmantia subsistere nequeunt. —

De haereditate

Modi, quibus nova jura adquiri valent, sunt facta et quidem vel bilateralia vel unilateralia

et ulteriora vel licita vel illicita. Factum unilaterale licitum est occupatio, illicitum læsio, ex qua autem non agenti, sed læso oritur jus, sc: jus cogendi, factum autem bilaterale est pm. Hoc epitheton „nova" sufficienter declarat de quo hic sermo sit. Non est quidem sermo de juribus formalibus, quum hæ adquiri nec possunt, nam jus formale est mera possibilitas moralis, libere et legi conformiter agendi, hæc autem facultas cuivis enti r. est innata, ideo adquiri nequit, est autem sermo de juribus materialibus, quæ objecta constituunt, in quæ jura formalia exercentur, paucissima autem horum objectorum enti r. sunt innata, plurima factis debent adquiri. —

Sed quæritur, utrum facto unilaterali, quod nec occupatio, nec esset læsio nova jura adquiri possunt?

Tales voluntatis actus unilaterales, qui nec occupatio essent, nec læsio sunt ultimarum voluntatum dispositiones seu testamenta in sensu lato.

Quæritur itaq utrum ult: vol: dispo: secundum jus naturæ sint validæ, seu utrum secundum jus naturæ ei, in cujus favorem ultima voluntatis declaratio editur jus exclusivum oriatur in res has ultima voluntatis dispositione ipsi destinatas?

Antequam ad hujus quæstionis resolutionem progredimur, debemus scire diversas ultimarum voluntatum species. Ultimæ voluntatis dispositio (die letztwillige Verordnung) est actus, quo ali-

quis disponit, quid cum rebus ejus post ejus obi-
tum fieri debeat. Istae dispositiones ultimarum
voluntatum vel sunt unilaterales h. e. ab hac
persona, in cujus favorem hae ult: vol: dispo-
sitiones eduntur, stante disponentis vita non
acceptantur et sunt unilaterales ult: vol: dis-
positiones, vel ab eo, in cujus favorem declaran-
tur, stante adhuc vita declarantis acceptantur,
et tum subeunt formam pacti.

Porro. Testator* seu ille, qui ultimam volun-
tatem suam declarat, vel disponit de univer-
sa sua substantia, quae post ejus mortem re-
mansura est, vel tantum de aliqua ejus parte.
Si de parte tantum substantiae suae disponit,
duplex iterum casus esse potest, vel disponit
de parte tali, quae non aliter, quam sua ad uni-
versalitatem rerum relatione cognosci potest,
et tum dicitur: testator disponit de parte quo-
ta. E. g. Si diceret Cajus: Post mortem meam
Titius 3^{tiam} partem universae substantiae meae
capiat, vel testator disponit de parte tali, quae
jam per se, sine relatione sua ad totum in-
notescit, h. e. disponit de parte quanta. E. g.
Testator si diceret: horologium meum porta-
tile aureum capiat Antonius, vestem meam
cum 3^{bus} saccis Sempronius. Quota pars
magnitudo tantum comparando cum uni-
versa re cognoscitur, ut id etiam ex verbo:
quotus cognoscitur. Ut sciam, quae sit 3^{tia} pars,
quam Titium Cajus capere vult, debeo universa-
litatem noscere et cum ea tertiam conferre hanc

* testari, quod etiam significat ultimae voluntatis dispositionem facere, inde testator, qui hanc disp. fecit, intestatus, qui ult. vol. disp. non fecit.

partem i. e. dividere per 3tia Uss non debeo universalitatem noscere, si horologium aureum post: capiat Antonius, septem cum 3bus saccis Titius, etiam hoc pars per se est nota, est pars quanta.
Si objectum dispositionis ultimae voluntatis unilateralis, ab eo, in cujus favorem declaratur, nondum acceptata, est vel universalitas, vel pars ejus quota, tunc talis universalis u. v. dispositio vocatur testamentum, persona, cui in testamento vel universa substantia testatoris vel pars ejus quota destinatur heres (der Erbe) et universa haec substantia vel pars haec quota in testamento heredi destinata, hereditas (Erbschaft) adpellatur.
Si autem ult: vol: dispositio, in qua testator vel de universa s. substantia, vel de parte quota disponit, vivente adhuc testatore acceptatur a herede, vocatur pactum hereditarium seu pactum successorium. Ita si Cajus Titio diceret: Ego te nomino heredem meum, visne esse heres? Ita, si Titius responderet, quod idem significat, ac velle se, tunc sese heredem declaravit, stante testatoris vita, haec declaratio pacti naturam iniret et esset pactum successorium. —
Si autem objectum ult: vol: disp: est pars substantiae quanta, tunc, prout ultimae voluntatis dispositio est aut unilateralis aut bilateralis, vel codicillus erit vel donatio mortis causa. —

Quatuor itaq habemus species dispositionum ultimarum voluntatum, quæ prodeunt ex combinatione membrorum prodeuntium ex divisione harum dispositionum, quoad sua subjecta et objecta. Super exempla superius allata exemplum codicilli esset: Si e.g. Cajus Titium velet successorem eo modo, ut Titius capiat post mortem Caji aureum horol: portatile, nesciente et non acceptante hanc disp. vivente Titio Caji. Ast si Cajo Titius promitteret, se velle capere post mortem ejus aureum horologium, tanquam partem quantam, hoc pacti naturam iniens esset donatio, mortis causa.

Quæritur nunc, an secundum juris naturæ principia ultimæ voluntatis dispositio tribuat ei, in cujus favorem est declarata, jus exclusivum apprehendi res ipsi hac ultima voluntatis dispositione destinatas?

In solvenda hac quæstione doctorum sententiæ non conveniunt, sunt qui sustinent, ultimarum voluntatum dispositiones, jam secundum principia juris naturæ ei, in cujus favorem declarata sunt tribuere jus exclusivum in res, hac ultima voluntatis dispositione sibi destinatas occupandi, et sibi proprias reddendi hoc nixi argumento: "Quod domino sit jus rosuum in aliquem alium vel incondiționatim, vel sub quadam conditione, sive statim, sive eventu certi cujusdam temporis transferendi, ergo et jus est dco, res suas

in eventum mortis suæ sub hac duplici con-
ditione transferendi. Si ille, cui hæ res desti-
natæ sunt, ipsum supervixerit, et ipse volun-
tatem suam non revocaverit, transferendi, adeoque
jus est dño ultimæ voluntatis dispositionem
edendi; et huic domini juri correlata est ex
parte omnium reliquorum hominum juridica
eorum obligatio jus hoc reverendi.
Ast ex hac argumentatione tantum id se-
quitur, quod dño sit jus, talem ultimæ volun-
tatis suæ dispositionem faciendi; quodque omnibus
reliquis hominibus oblig. incumbit juridica,
huic juri domini correl., dominum in exercen-
do hoc jure non impediendi, h.e. obligatio
dominum non impediendi, ut declaret, cuinam
post ejus obitum res ejus obventuræ sint, nos
autem, dum quærimus de ultimæ voluntatis
dispositione, non quærimus, utrum domino
competat hoc jus et utrum incumbat ho-
minibus hæc obligatio, sed nos quærimus de
eo: Utrum alii homines juridice obligentur,
a rebus morte testatoris hæredi relictis et
destinatis abstinendi? et hanc quæstionem
istud argumentum non resolvit.
Imo spectatis juris naturæ principiis reliqui ho-
mines non obligantur juridice abstinendi ab ap-
prehensione rerum morte testatoris relictarum
in favorem hæredis, non obstante condita per
ipsum ultimæ voluntatis dispositione. Res enim

utq jure naturę fiunt in ipso ejus mortis momen-
to, res nullius, rem autem nullius cuivis primum
venienti occupare licet. Quod autem res relic-
tę in ipso mortis momento evadant res nullius,
non obstante condita per ipsum ultimę volunta-
tis dispositione, ita ostenditur: Ultima voluntas
est aut unil: aut bilateralis. Unilateralis est
aut testamentum aut codicillus. Si ipsa ulti-
mę voluntatis dispositio est unilateralis, tunc
ab eo, in cujus favorem edita est, non est accep-
tata stante testatoris vita; imo plerumque
hœres vel legatarius stante testatoris vita, de
ultima ejus dispositione condita nescit, quo-
usque igitur testator vixit, res ejus in sua
erant sphæra et ideo usq ad ultimum vitę
suę halitum de his rebus suis de suo arbi-
trio disponere potuit, non obstante testamen-
to vel codicillo. Jam autem ipso momento mor-
tis res relictę desinunt esse ejus, quia voluntas,
quę his rebus usque ad mortem infuit, res has
tq suas habendi, in ipso mortis momento cessat,
nam subjecto voluntatis ex vita sublato, tollitur
et voluntas. Eo igitur momento, quo testator ex-
spiravit, res illę, quę illius morte relictę sunt,
jam non sunt ejus, sed neq sunt hœredis vel
legatarii, nam hœres vel legatarius suam his
rebus voluntatem nondum imposuit. In hoc
momento res etiam nullius tertii sunt, nam ne-
mo his rebus suam voluntatem imposuit, quo-
usq ergo vixit testator, testatoris voluntas in-

fuit his rebus, hinc præsens in rebus voluntas non admittebat, ut suam tertius in rem imponat voluntatem. Moriente testatore, ille suam voluntatem (illius) [suæ rebus] impositam non habet, sed nec alius 3tius igitur in ipso mortis momento res hæ sunt nullius, rem autem nullius occupandi cuivis jus est, hinc jus est etiam hæredi vel legatario res res relictas occupandi, at hoc jus eorum non est exclusivum, sed omnibus hominibus connatum, ille igitur prior erit jure, qui prius occupavit: potior enim tempore, potior jure. Hæc ratio, quarenam condita per testatorem ultima ejus voluntatis dispositione, tamen illius in ipso mortis momento evadant nullius, ratio nimirum in eo reposita; quod hæc unilateralis ult: vol: dispositio stante testatoris vita per hæredem vel legatarium nondum fuit acceptata — videtur exsulare in ult: vol: disp: bilaterali, seu tali, quæ stante testatoris vita est acceptata et pti naturam init, qualis est ptm hæreditarium et donatio mortis causa. Quæritur itaq: an forte 1.) pactum hæred: 2) et donatio mortis causa hæredi vel legatario jus tribuunt exclusivum, res a testatore sibi destinatas post mortem ejus occupandi et sibi appropriandi, reliquos autem homines ab hac possessione arcendi? —

1.) Non tribuit tale jus ptm hæreditarium. nam in pto hæreditario promittit testator hæredi hæreditatem futuram; hæreditas autem sunt res testatoris propriæ, post mortem ejus

remansuræ; quæ vero hæ res sint futuræ et u„
trum morte testatoris quid sit remansurum, hæc
sunt incerta, testator quousque vixit, remansit
dominus harum rerum esse, ideo easdem donare,
alienare pessumdare potest et hæredi ex pō
hæreditario tantum in id jus erit, quod mor„
te sit remansurum.

Objectum igitur pti hæreditarii est res ignota, nam
an et quid remansurum est, hæc sunt ignota, hæ„
res vero objectum pō hæreditario sibi promissum
tanquam penitus sibi ignotum velle non potuit,
nam voluntas ignoti est impossibilis; hæres itaque
has res, non potuit suæ voluntatis sphæræ in„
cludere, hinc non obstante pō hæreditario ta„
men res testatoris, quousque ipse vixit, in illius
mansit sphæra semper et eo momento, dum te„
stator exspirat, res quidem ejus a voluntate ejus
vacuæ redduntur, sed adhuc non intrant in
sphæram voluntatis hæredis, nam hæres eas
in suam voluntatis sphæram non redegit,
hinc res testatoris morte relictæ non obstan„
te ipso mortis momento, sunt pariter nulli„
us, hinc etiam hic hæres jus quidem habet, res
relictas morte testatoris occupandi, ast non
exclusivum; hoc jus omni homini reliquo est
connatum. ——

2. Quoad pm donationis mortis causa.

In hoc casu tamen ratio, quare non obstante pō
hæreditario, res testatoris tamen usque ad ultimum vitæ
momentum maneant, in sphæra voluntatis testatoris,
et non transeant in sph. v. hæredis, ratio scilicet
quod objectum pti hæreditarii vivente testatore est

ignotum exulare videtur.) —
In hoc enim casu objectum sui est res determinata, ergo jam testatoris vita donatario nota, ideo erit ei propria. — Sed etiam hic donatarius, voluntatem suam rei in eventum mortis sibi donato, tamdiu, quamdiu dominus vivit, non potest imponere, nam dominus rem suam transfert in heredem tantum post mortem, hinc quousque vivit, non vult se exuere dominio rei, sed res manet usque ad finem vitæ in sua voluntatis sphæra. Ipso moriente cessat quidem esse in ejus vol. sphæra, ast non est etiam in alterius hominis sphæra, nam nullus suam voluntatem huic rei imposuit, testator enim voluit manere hujus rei dominus, hic iterum hæc res cadit nullius et cuiqis occupare et propriam sibi reddere licebit, ob jus sibi connatum; qui prior tempore, ille potior erit jure. —
Spectatis itaque J. N. principiis ultimæ voluntatis dispositiones, non sunt in eo sensu validæ, ac si heredi vel legatario jus orietur inde exclusivum, res ultimæ voluntatis dispositione illi destinatas occupandi et ab illarum occupatione omnes reliquos homines arcendi, quia res tales non obstante hac ult: vol: disp: sunt res nullius, nec sunt hereditarii, nec legatarii, neque sunt relatæ ad eos res parentes.
Hæ ultimarum voluntatum nunc expositæ speciæ (sc: ult: vol: declaratio, directis verbis declarata,) sunt ult: vol: dispositiones expressæ et quidem actuales. —
Inqueritur nunc, utrum forte præsumtæ ultimarum

32

11.

249

Jus naturæ.

Quaeritur nunc, utrum forte praesumtae ultimarum voluntatum dispositiones, non habeant vim jure, ta jure naturae.[12] — nam juxta legem civilem positivam etiam praesumtae voluntatum ult. dispos. valorem habent et vim.
Voluntas praesumta hoc esset, si ex eo, quod aliquis vel moraliter sive psychologica velle obligatur, concluditur eum id actu velle. Parentes obligantur consulendi prolibus suis, si nunc ex hoc, quod parentes ad id obligentur reverea concluditur, parentes id voluisse, tunc haec voluntas erit praesumta. In fundamento hujus praesumtae voluntatis lex civilis positiva statuit classes hominum, quibus in defectu ultimae voluntatis, testatoris, arduatis, succedendi jus est, et quia homo mortuus prae aliis obligatus fuit, felicitatem prolium suarum ante omnia velle, lex praesumit eum voluisse, ut proles in haereditate sua succederent. Ista successio vocatur successio ab intestato, homo enim ipse dicitur mortuus esse intestate, testare enim Romanis idem significat ac testamentum condere.
Si autem secundum J. N. ipsia actuales ulti. vol. disp. jus haeredi vel legatario tale non tribuunt, tanto minus id, possunt disp. u. v. praesumtae, voluntas enim praesumta nulla est, saltem incerta, nam conclusio, hominem actu id velle ad quod volendum obligatur ethice, est tracta ex obligatione hominis morali, aliquid volendi, haec autem obligatio in nobis non parit certitudinem, hominem id, ad quod volendum obligatur, actu voluisse. — — Nos ergo sustinemus, nullam testatoris ultimam voluntatem juxta J. N. ipsia tribuere haere,

di vel legatario jus exclusivum in res, hae ult: vol: disp: ei destinatas. Res enim ipse non ob, stante ejus ult: vol: disp. evadunt mortis momento nullius et possunt a quocumque occupa ri.
Quod autem lex posit. civilis ultimis vol. disp. tam actualibus, quam presumtis vim legis tribuat factum est, ut precaveatur turbidibus infestinis rapinis caedibusq, quae si res momento mortis nullius evaderet esse, cessent. Quivis vellet habere, conaret prior quivis esse, convolarent undique, et quum prior tempore, potior jure, prior quivis esse volens, sese tollerent. Legislator huic precavere voluit, ideo apud Romanos testamentum condebatur coram populo, nam apportebat, ea vim legis habeant et vis legislativa coram populo fuit, hinc ut testamenta vim legis adquirant, quos etiam de causa fuit, ut precaveatur similibus casibus, populus convocatus, notitiam de eo accepit.
Objectio.
„Nos Adversarii ult. volunt: dispos. ideo sustinemus, non tribuere heredi vel legatario jus exclusivum in res a testatore ipsi destinatas, ideo, quia ipso testatoris morte momento res ejus a voluntate ejus vacuae redduntur, et quum nondum sint redactae in sphaeram voluntatis heredis vel legatarii, ideo res hae ipso mortis momento testatoris evadunt res nullius. Objectio „ Ast hoc non videtur verum esse, nam verum non est, exspirante vita testatoris etiam voluntatem

cessare, adeoque res a voluntate testatoris vacuas reddi, nam voluntas testatoris stante vita ejus declarata, et non revocata ab eo, perdurat, tanto magis si in scripturam est redacta, scriptura autem perdurat, etiam post mortem testatoris, hinc etiam voluntas testatoris post mortem non cessat, accedente adhuc voluntate heredis vel legatarii, hae voluntates erunt unitae, hinc res hae mortis momento testatoris non sunt ab omni voluntate entis r. vacuae, adeoq non sunt nullius, sed insunt sphaerae voluntatis testatoris et eadem ~~inde~~ inde sphaera voluntatis heredis vel legatarii, objecta ~~sphaerae voluntatis heredis vel legatarii, sphaera ultt heredis vel legatarii~~ —"

Respondetur.

1. Istud assertum: voluntatem hominis stante ejus vita declaratam et stante eadem vita non revocatam, etiam post ejus mortem perdurare — non est verum, sed est tantum fictio juris positivi civilis ex rationibus politicis. Esse autem id meram fictionem, inde patet:

Voluntas entis r. est nil aliud, quam ejus activitas introrsum tendens. Nam autem activitas sine subjecto agente non est possibilis, hinc subjecto activitatis per mortem e vivis sublato, cessat omnis ejus activitas, adeoq voluntas. Inest autem enti r. facultas ea, quae in natura sunt unita, separandi et separatim sibi repraesentandi, quae facultas, facultas imaginandi dicitur. Ope hujus fac: potest sibi ens r. aliquid repraesentare, tq per se separatum existens, quod non existit per se. Ista ens r. sibi repraesentare potest

colorem existentem per se, quum color nunquam per se existat. Haec repraesentatio esset tantum fictio, in actualitate nunquam color per se existit, sed semper cohaeret cum corpore aliquo. Repraesentatio cum actualitate non conveniens, cujus non convenientiae ens r. sibi conscium est, est fictio, hinc quando voluntas tamen absq subjecto volente cogitatur, quum velle absq volente subjecto in actualitate obvenire non possit, est fictio. Dum itaq lex positiva civilis voluntatem hominis etiam post mortem durantem repraesentat, voluntas est fictio. —

2.) Neque per id, quod voluntas hominum in scripturam redacta sit, voluntas ab interitu solvatur, subjecto volente per mortem e vivis sublato. Scriptura enim, in quam voluntas haec redacta est, est nil aliud, quam vestigia voluntatis, possunt autem vestigia rei superesse, quamvis res ipsa non supersit, ita etiam scriptura potest, post mortem testatoris existere adhuc, ast non est voluntas, sed tantum signa, quibus haec voluntas visibilis fuit reddita. Quamvis ergo haec signa permanent, non sequitur, voluntatem etiam permanere, nam voluntas, cessante voluntatis subjecto, etiam cessat. —

Urgent ulterius.

Si voluntas e. r. stante testatoris vita declarata, et non revocata, per mortem ejus tamen tollitur et neque per scripturam, ab interitu liberatur, tum etiam voluntas per praesentes in foro declarata,

paciscente uno vel altero per mortem e vivis sublato cessare deberet, quum autem hæc voluntas est ratio jurium et obligationum ex pacto nascen, tium et ideo pacta et obligationes sunt rationata tum, quum cessante ratione etiam rationatum cessare debet, voluntate promittentis, per mor, tem sublata, etiam jus pactarii et obligatio huic juri correlata promittentis cessare deberet. Hinc si admittitur, quod ultima voluntas, tq pariter voluntas (tq pariter voluntas) morte solvitur, etiam id admitti debet, quod voluntas hominis in pacto declarata moriente homine, et ideo et jura cessare deberent. Et tamen hoc non fit, nam si etiam promittens moriatur, jus pactarii ex pacto in objectum promissum quæsitum non cessat, sed durat. p: Ita si quis rem emit, jus in hanc rem dominii statim adquirit neque amittit moriente vendito, re, cessare tamen deberet, si voluntas [illegible], te promittentis vita declarata post ejus mortem sublata esset. Ita etiam cum ult: vltis dispos: se habere deberet. Hæc argumentatio valida esse videtur. ——

Respondetur.

Inter voluntatem hominis in pactis inter vivos initis declaratam et voluntatem hominis in te, stamento vel codicillo, vel alia ult: vol: disp. de, claratam, non est paritas, sed disparitas, hinc a voluntate hominis in pactis inter vivos declara, ta, conclusio ad voluntatem hominis in ult: vol: disp: declaratam deduci nequit. Aliud autem discrimen inter pacta inter vivos inita et declara,

tam ultimam voluntatem ipsud est, quod in pac-
tis promittens rem suam ex voluntatis suæ sphæ-
ra excludit, et hoc modo rem promissam a volunta-
te sua vacuam reddit, hocq modo psario in ju-
ridicam reddit possibilitatem, rem hanc tq
a voluntate hominis vacuam suæ voluntatis
sphæra includendi et suam reddendi; hoc facit, pro-
missum acceptando et simul jus in hanc rem
adquirit, vi juris sibi connati, res nullius occu-
pandi. Psarius itaq promissum acceptando ad-
quirit jus in rem, non jure promittentis, sed suo
jure, nam promittens promittendo objm pi, suo
in hoc objm juri renunciat et objm hoc a jure
suo vacuum reddit et ideo psario fit possibi-
le, objtum ipsud tanquam a jure vacuum in sui
juris sphæram redigendi. Psarius itaq adqui-
rens objm pi promissum non vi jure promit-
tentis, sed suo jure connato, res, quæ sunt nul-
lius occupandi, et sibi proprias reddendi. Jus
itaq psarii in objm pi adquisitum prorsus
independens est a voluntate promittentis.
Quamvis itaq promittens moriatur jus psarii
in objm ex pi quæsitum non cessat. Jam au-
tem in ultimarum voluntatum dispositionibus
contrarium locum habet. Hic testator, rem hæ-
redi vel legatario destinatam ex sua volun-
tatis sphæra non excludit, sed eam in sua vo-
luntatis sphæra usq ad ultimum vitæ hali-
tum retinere vult et retinet, hinc hæc testatoris
voluntas rei usque ad ult. vitæ testris momen-

mentum immanens, est impedimentum, quo minus hæres, vel legatarius suam his rebus voluntatem imprimeret, easq suas reddere possit. Moriente autem testatore in ipso mortis momento res ejus redduntur vacuæ a voluntate ejus, sed sunt etiam vacuæ a voluntate hæreditarii vel legatarii, nam hæ: vel legat: suam his rebus non imposuit voluntatem, nam non potuit. In ipso ergo mortis momento res hæ sunt nullius, rem autem nullius cuivis primum venienti occupare licet.

De jure sociali seu de societatibus.

Huc usque consideravimus ens r. tq solum, in nullo cum aliis entibus rationalibus nexu, in theoria de pactis, fuit jam quædam entium r. ad se invicem appropinquatio, nam ad essentiam pti, requiritur voluntatum duarum entium r. consensus, hæc autem unitas est tantum momentanea, nam quamprimum hoc ptm perficitur, nexus tollitur. Nunc autem fit transitus ad considerationem entium r. in nexu quodam existentium sc. ad consideranda entia r., jam in societate quadam existentia.

Quænam est ratio, quare in jure naturæ etiam de societate sermo esse debet, — seu quo nexu cohæret tractatus de jure sociali cum theoria juris naturæ, huc usq exposita. Scientia juris naturæ est systema, in-

systemate autem sunt omnes pts inter se, mediante supremo principio nexu subordinato, vel coordinato cohaerentes, debet itaq ostendi, quo nexu theoria juris naturae hucusq exposita, cum praecedente juris theoria cohaereat. —
Derivando jus, derivamus illud ex suprema lege morali, sc: ex illa suprema lege omnium entium r., vi cujus entia r. ideam rationis in omni sua activitate realisare obligentur. Vidimus enim, ad id, ut ens r. tq r. existat, necesse esse, ut sui sibi conscium fiat. Sui sibi autem conscium esse aliter nequit, ~~quam~~ ni si externe sit activum, et ni si haec ejus activitas rationis ideae conformis est. Unde concludendo cognita est necessitas entis r. agendi externe et rationi conformiter et ex hac necessitate omnia ejus jura superius exposita sunt deducta. Sed ipse finis, ad quem omnia e. r. in omni sua activitate tendere obligantur, sc: realisatio rationis ideae, exercitatione jurium hucusque expositorum, perficere haud obtinentur, nam si e. r. jura hucusq exposita exercet activitate externa et haec activitas externa debet esse conformis rationis ideae, in hac enim externa activitate cuncta ista adesse debent, quae sunt in ipsa rationis idea, atqui in rationis idea est unitas idealis et realis, ergo et in hac ext. act. e. r. ut sit rationis ideae conformis, debet esse consensus idealis et realis, h. e. conceptus objecti, in quod haec activitas se exserit, et illius ipsius activitatis ad realisandum hunc concep,

tum tendentis, hinc quum (quoevis actio entis r. debeat objectum habere, ad quod se refert,) hinc ipsa actio debet convenire conceptui entis r. Objectum illud, in quod omnis e. r. activitas tendit, potest esse vel aliquod e. r., vel aliquod e. irrationale, nam inter has duas species entium nulla tertia datur. Entia r. sunt homines, et e. r. superioris ordinis quam homines; e. irrationalia sunt res externo.
Si activitas e. r. tendit in aliquod e. r. tunc istud e. r. est vel ipsum e. r. agens, seu ipsius ego, vel aliud e. r. ab eo diversum, et in hoc posteriori casu istud aliud e. r. vel est ejusdem cum ipso ente r. agente ordinis, vel superioris. Unde oriuntur hae officiorum entium r. species:
Officia erga se, officia erga proximos, officia erga en: r. superioris ordinis, quum homo est, et quum ratione nostra cognoscimus unum ens r. superioris ordinis homine sc: Deum, hinc haec officia erunt officia erga Deum et tandem officia erga res.
In omnibus his officiis, haec lex universalis regnat, quod activitas entis r. ut sit rationis eidem conformis, non debet repugnare conceptui illius entis, quod objectum suae activitatis constituit, hinc si activitas haec est directa ad ipsum Ego agens, non debet repugnare conceptui hujus Ego agentis. Conceptus istius Ego est, quod sit sui ipsius finis, hinc si activitas, cujus objectum est istud hoc Ego, non est talis, ut hoc Ego consideretur tamquam finis sui, sed tamquam medium finium alienorum, repugnaret conceptui hujus entis et non esset in hac activitate consensus actionis cum

idea rationis, ergo immoralis. Si activitas entis r. non convenit, conceptui entis r. supremi, quando objm hujus activitatis hoc ens est, — tunc iterum actio repugnat ideo Dei. Hoc esset e. g. si homo consideraret Deum non tanquam omniscium omnipotentem, etc... sed tanquam in sua scientia et potentia limitatum. Ita etiam, ut actio non sit immoralis, actio pro objecto ens irr. habens, debet esse talis, ut conceptui entis irr. non repugnet. Ita v. g. res externæ sunt media, considerare debemus et activitatem huic conceptui conformem in eas exferre, nunquam igitur possumus iis tq finibus uti, nunquam iis abuti. Hinc avarus ab una, prodigus ab altera parte agit immoraliter, nam in res ext. non agunt earum conceptui conformiter. Hinc videmus, quod ut activitate entium r. supremus e. r. finis realisetur, necesse est, ut in hac e.m r.m activitate, sit consensus idealis et realis, i. e. ut sit consensus inter actionem et conceptum objecti, ad quod actio se refert. Sed si etiam in activitate e.m r.m iste consensus idealis et realis quoque adest, tunc innotescit tantum in conscientia subjecti agentis, non autem externe, i. e. aliis hominibus, nam quod motivum ens agens in agendo habeat, id tantum ei notum esse potest, motivum enim hoc est finis, quem agendo realisare intendit, iste autem finis est mera repræsentatio obji agendo realisandi, repræsentatio autem latet in interno objecti repræsentantis reces sibus. Hinc activitate entium r. quamvis ideæ rationis consentiente idea rationis tantum in conscientia non autem in mundo externo visibilis red,

ditur. Activitate igitur e^{m} r^{m}, quamvis ideae rationis conformi, idea rationis tantum imperfecte realisatur, nam redditur tantum visibilis in conscientia agen-tis, adeoque in mundo tantum ejus interno, non autem in externo. — Ut activitate entis r. idea rationis etiam in mundo externo visibilis reddatur, requiritur, ut omnia rationis elementa etiam in mundo ext. visibil: reddantur; nam activitate entium r. si haec activitas ideae rationis convenit, tantum unum elementum fit visibile in mundo externo sc: tantum actio externa ad realisan-dum conceptum obji tendens; ast conceptus obji esse, et consensus obji cum conceptu in mundo externo non est, ideo etiam ut idea rationis in mundo quoque externo visibilis reddatur, tale aliquod requiritur, in quo idealis et realis et eo-rum unitas etiam in mundo externo visibilis redditur. Ut autem hoc fiat, necesse est, ut tam ideale, quam reale, sunt ratio et sunt identica, destinatione et directione activitatis tantum differentes. Ideale enim et reale sunt activitas, activitas autem a vi agente non differt in sub-stantia, nam activitas nil est aliud, quam evo-lutio vis agentis; destinatio autem idealis est, in interno rationis; destinatio realis extrinsece agere. Unitas seu copula utriusque est ipsamet ratio. Etiam haec copula, ut ratio in mundo ex-terno visibilis reddatur, debet esse tale aliquod, qd rationale est, ast simul externe visibile. —
Tale aliquod, quo et singula rationis elementa et copula eorundem etiam in mundo externo visibilis redderetur est matrimonium seu societas conjungalis,

nam in matrimonio est societas duorum e. r. ma„
ris et feminæ. utrumque est ratio et destenatione
seu nexu differunt; copula, per quam hoc duo entia r.
in unam personam uniantur est amor conjuga„
lis. Amor iste, dum in pectore manet est sensio
ideo non visibilis: amor conjugalis in prole est
visibilis. Ideo, quum entia r. sint moraliter obli„
gata, activitate sua realisare in hoc mundo rati„
onis ideam, sunt quoque moraliter obligata id facere,
p. quod hoc rationis idea in hoc mundo redditur
visibilis, consequenter entia r. obligantur mora„
liter matrimonia inire.
Ast obligatio matrimonium inire non est nega„
tiva, sed adfirmativa, hinc hypothetica, quia in„
cumbit obligatio hoc homini certa cum conditione,
si ad id necessarias vires et facultates, necessaria
media sustinendi uxorem et prolem futuram.
Hinc obligatio est tandum mere ethica, non juri„
dica, quia si esset juridica, deberet aut ex facto aut
ex sola lege oriri. Factum aliquod, quod huic ob„
ligationi existentiam daret, non supponitur, nam
facta in jure non presumuntur, hinc deberet ex
sola lege oriri. Ex sola lege autem talis obligatio
orta esse dici nequit, nam obligatio, quæ sola lege
homini erga hominem imponitur, est obligatio ne„
gativa, hoc autem obligatio ineundi cum certa
persona societatem ad vitæ tempora esset ob„
ligatio affirmativa, ideo ethica. Ratio obligat
e. r. ad societatem conjungalem ineundam, ast
cum qua persona aliquod e. r. eandem inire vult,
ejus electioni relinquit. ——— Societas conjung.

33

M. e. r. s.

m m

257

Jus naturæ.

f.

Societas conjugalis illud est medium, quo idea rationis etiam in hoc mundo externo visibilis redditur. Quia autem societas conjugalis est species societatis generatim, species autem sine intellecto prius genere cognosci nequit, ideo ad rite cognoscenda jura et officia conjugalia, oportet scire jura et officia societatis generatim. Tractatui itaq de societate conj: praemittendus tractus

de jure sociali generatim seu de societate in genere.

Quia hic sermo est de societate in jure natura, hinc objectum hujus tractatus non erit quaevis societas, sed societas juridica.

Sensu latissimo seu generatim est societas omnis personarum unio ad certum finem. Ita jam societas erit, si plures homines congregantur in theatro, oblectationis gratia. Societas autem juridica est talis relatio plurium personarum ad se invicem, ex qua his personis oriuntur certa mutua jura, mutuaq his juribus correlata officia, certum quemdam et perdurantem finem unitis viribus promovendi. —

Unio itaq personarum oblectationis gratia non esset societas juridica, nam neque finis est constans, nec jura personis singulis oriuntur. —

Societas in hoc ~~casu~~ sensu sumta, dicitur societas in sensu formali, nam formam tantum quamdam essendi (die Form) indicat et societas in sensu materiali sumta, sunt plures personae inter quas talis relatio intercedit, et hae personae

Finis societatis juri[...] est perdurans, quia Amoyega in societatis jam continetur, quod est perdurans; nam ad id, quod uno actu perfici potest, non est ~~opus~~ opus societate unire. —

dicuntur socii.

Quomodo societas jur. in sensu ~~formali~~ materiali oriri po„test?

Quum societas jur. sit talis plurium personarum relatio, vi hujus hisce personis sint mutua erga se jura, et correlata hisce juribus reciproca offa, certum et perdurantem finem communem unitis viribus pro„movendi, — jam autem est inferius

Unio itaq. personarum oblectationis gratia non esset societas juridica, nam neque finis est con„stans, nec jura personis singulis oriuntur.

Societas in hoc sensu sumta, dicitur societas in sensu formali — jam autem spectata sola lege jur: nemo est juridice obligatus, certum quemdam fi„nem velle, imo nemini incumbit juridica obli„gatio obtinendi cujusdam finis gratia suas vires uniendi cum viribus aliorum et unitis his vi„ribus, fines suos prosequendi, hinc talis obligatio et jus ei correlatum nonnisi pcto oriri potest, ideo et societas in sensu juridico nonnisi pcto oriri potest. Tale pactum dicitur P. societarium, seu pactum unionis socialis.

Quum soc: jur. tantum pcto originem suum debeat, in pactum autem ad minimum duæ personæ intra„re debent, hinc etiam ad societatem juridicam ad minimum duæ personæ, inter quas hoc societas initur, requiruntur, quæ personæ socii vocantur. — Objectum pcti hujus, quo societas initur, est id, quod præstare singuli socii sibi invicem promittunt et repromittunt et istud est realisatio communis finis. Ad eum unitis viribus obtinendum socii se uniunt. Finis enim societatis tale quidquam esse debet, quod tantum unitis viribus obtineri potest, quia secus, si finis iste etiam disunitis viribus

ob sensu esset possibilis, nulla esset ratio, ineundo societatis. Quia autem, qui vult finem, rationabiliter et media, sine quibus ipse finis obtineri nequit, voluisse censetur, hinc quaeritur:

„Cuinam in societate jur. competit jus, media illa, sine quibus communis societatis finis obtineri nequit, determinandi?"

Jus ipsum spectata societatis constitutione (Verfassung der Gesellschaft) vel competit omnibus sociis collectim sumtis, vel non omnibus. Si jus determinandi media ad com. fin. soc. realisandum necessaria, omnibus sociis instar unius sumtis competit, societas aequalis esse dicitur. Si vero ipsum jus non omnibus competit, societas dicitur esse inaequalis seu rectorea. In hoc ulteriori casu ipsum jus aut uni solum competit, aut pluribus, ast non omnibus. —

An vero jus determinandi med. ad obt. finem com. soc. necessaria et idonea omnibus collectim sumtis, aut uni tantum, sive pluribus competat, ex tenore pacti socialis desumi debet. Hoc tamen a priori dici potest, quod si non esset pacto determinatum, cuinam sit jus definiendi decisive med. ad obt. finem soc. id et necess. in hoc casu jus ipsum omnibus sociis collectim sumtis competat. —

In tali itaq societate aequali id tantum habet vim, omnes obligandi, in quod omnes socii consenserunt, quia a natura quivis homo gaudet jure independentiae, ab arbitrio alieno, et hoc jus tamdiu habere praesumitur, donec non probetur, eum hoc jus amisisse, jus autem independentiae

a voluntate aliorum amittitur, tantum renuntiatione, hoc vero renuntiatio si factum non præsumitur, hinc si socius huic juri indep. non renuntiaret, et se non subiceret ad gerenda unitis viribus negotia, censendus est, retinuisse jus independentiæ; in tali casu nemini in hac societate erit jus aliis præscribendi, quidnam facere aut omittere debeant, ad communem societatis finem obtinendum, quia si hoc jus uni vel alteri membro societatis competeret, eo ipso jus ei competeret, reliquis sociis imperandi, quod repugnaret connato juri independentiæ a. v. a. Ideo si in pō sociali non esset expresse definitum jus, decisive definiendi media, ad obt. soc. fin. id et necesse competere aut quibusdam tantum societatis membris aut solum uni eorum, in hoc casu jus tale omnibus sociis collectim sumptis competit. Hinc in tali societate, ut aliquod habeat vim, omnes socios obligandi, requiritur, ut omnes socii in id consentiant. Si vel unicus dissenserit, hoc conclusio reliquorum non haberet vim, omnes obligandi. ———

Jam autem, si in pō soc. esset expresse definitum jus, determinandi decisive, quonam media ad communem societatis finem obtinendum essent idonea et necessaria, competere tantum quibus societatis membris, aut tantum uni eorum, tunc in hoc casu jus istud omnibus non competet, sed tantum illis, qui in pō soc. essent determinati, quia ex pō nemo plus juris adquirere potest, quam quod in illum ab altero paciscente translatum est, et quum pāa dant leges paciscentibus, hinc si



tantum uni sociorum aut pluribus tributa est po-
testas, his tantum hoc potestas competit, reliquis
vero tantum obligatio incumbit, voluntatem
suam conformandi voluntati hujus unius aut
voluntati horum plurium in pto sci. determina-
torum. —

In pto sociali igitur potestas ista tribui po-
test, aut uni aut pluribus aut omnibus sociis. —
— Si in societate inæquali aut rectorea jus,
dirigendo societatis negotia ad communem so-
cietatis finem uni tantum personæ (physicæ)
competit, societas est monarchia, si vero istud
jus non omnibus personis, sed pluribus tan-
tum personis physicis instar unius sumptis
competit polyarchia.

Istæ personæ, inter quas societas initur, possunt
esse vel personæ physicæ seu individuæ (ein-
zelne Personen) vel personæ morales i. e. com-
plexus plurium personarum unius instar spec-
tatarum. In primo casu est societas simplex
(einfache Gesellschaft) in secundo societas compo-
sita (: zusammengesetzte Gesellschaft :) quia in ta-
li societate ipsa societatis membra sunt soci-
etates, nam personæ morales sunt societates.
E. g. si duæ aut tres gentes societatem ineunt
ad bellum gerendum unitis viribus, hæc societas
est composita, nam membra hujus societatis
non sunt physicæ aut individuæ personæ, sed p.
morales sive complexus individuarum persona-
rum sc. gentes integræ, quæ ipsæ sunt societates.
Talis societas est societas societatum.
Quia societas juridica, tantum pto oriri potest,

hinc a quo pendet actualis pi existentia, ab eo etiam pendet existentia societatis juridicae. ——
Actualis pi existentia pendet a mutuo liberoque paciscentium in id consensu et a physica et morali possibilitate obji promissi, ergo etiam ab iisdem determinationibus, dependet pi societatis existentia. Hinc si quodcunque horum pi soc. requisitorum defuerit, seu quatenus ex ratione pm soc. invalidum esset et societas esset invalida; aut si eo tempore, quo societas esset inita pm hoc validum fuit, quia fuit liber mutuusque sociorum in ineundum pm consensus et finis seu hujus pi objm, quem socii societatem ineundo proposuerunt, eo tempore quidem fuit physice et moraliter possibilis, ast successu temporis ipse finis evaderet impossibilis, tunc eo momento, quo finis ipse evaderet absolute impossibilis, pm sociale evaderet nullum et eo ipso societas dissolveretur, nam obligatio ad impossibilia dari nequit, daretur autem obligatio ad impossibilia, si non obstante eo, quod evadit impossibile societas adhuc in suo robore maneret.
Hinc quidquid requiritur ad validitatem pi, hoc etiam requiritur ad juridicam existentiam societatis. ——
Ex conceptu cujusvis societatis juridicae possunt deduci quaedam jura et quaedam officia.
Cujusvis enim societas po initur, ex omni autem po paciscentibus jura et officia oriuntur. Hoc autem pm, quo societas initur, non est pm unilaterale,

sed bilaterale, nam si esset tantum unilaterale esset societas leonina, unus socius deberet tantum onera ferre et alter tantum commoda percipere, in societate autem juridica, quivis sociorum obligatur, vires suas cum viribus consociorum unire et unitis hisce viribus communem societatis finem promovere, est ergo pactum tale, ex quo utrique paciscenti, obligationes oriuntur et jura h. obl. correlata, est itaq. pactum bilaterale. Hinc quum ex quovis pacto bilaterali utriq. paciscenti jura et obligationes oriantur, hinc ex quovis pacto sociali, possunt derivari jura et officia, quae jura et officia socialia dicuntur, nam sunt jura et officia sociorum et fluunt ex conceptu societatis.

Haec jura et officia sunt iterum 2plicis generis, vel in interno societatis se exserunt, vel vero etiam in externo societatis suam habent efficaciam. Prioris generis jura, socialia illa sunt, quae tantum socius erga consocium competunt. Posterioris generis jura illa, quae societati erga personas externas ad societatem non pertinentes competunt. Prioris generis jura socialia dicuntur, jura socialia interna, posterioris generis jura socialia externa. Ista e.g. civitas est etiam societas et habet pariter 2plex jus, jus internum et externum. Jus civitatis internum est illud, quod sociis singulis erga totam societatem et vice versa, toti societati erga singula membra competit. Hoc jus exserit se tantum in interno societatis. Sed civitas etiam habet jus erga alias civitates, quia civitates relate ad se, gentes, vocantur, hinc gentes habent jura erga alias gentes et haec erunt jura externa.

Jus istud sociale, quod ex conceptu societatis cognoscitur, vel est universale, seu tale, quod de omni

valet societati; quod ergo in omni societate adesse debet, vel tantum jus sociale speciale, quod tantum in certis quibusdam societatis speciebus locum habet. Prioris generis jura illa sunt, quæ ex generico (puro) societatis conceptu, consequentiæ instar fluunt, posterioris vero generis illa, quæ fluunt ex quodam specifico conceptu societatis. Ita v. g. jus exigendi a reliquis consociis, ut unitis viribus communem societatis finem promoveant, omneque id omittant, quod communi societatis fini obesset, esset jus societatis genericum, nam hoc jus in omni societate locum habet, ast jus exigendi a marito suo, ut victum et amictum paret, est jus speciale, nam hoc jus tantum in societate speciali seu societate conjugali occurrit.

Undenam possunt cognosci jura socialia, tam generica, quam specialia?

Quale jus socio erga consocios et illis erga ipsum competat, id ex tenore pĩ socialis cognosci debet, nam soc: jur: pō oritur, ex pō autem nemo paciscentium plus juris habere potest, quam alter paciscens promittendo in eum transferre velle declaravit. Ergo et socius erga socium aliud jus habere non potest, quam quod pō soc. promissum fuit. Quod autem jus socius socio promiserit, id ex tenore pĩ innotescit. Adeo jura societatis interna eruenda sunt ex tenore pĩ 1. ex verbis pĩ juxta grammaticam verborum interpretationem 2. Si autem tenor pĩ socialis socialia jura aut plane non aut non adæquate determinaverit, si tantum initum esset pōm soc: ad obtinendum certum finem quemdam, ast, quæ jura sociis erga socios competunt, quæque illis officia incumbunt, non esset pō

sociali definitum, offa et jura socialia possunt cognosci ex fine societatis. Quivis enim socius ineundo societatem, eam ideo iniyit, quia voluit illum finem, qui tantum in hac societate obtineri potest; societas est medium, sine quo iste certus finis obtineri nequit. Qui ergo vult finem, non potest non velle rationaliter et media ad hunc finem obtinendum idonea et necessaria, hinc ex fine societatis possunt cognosci jura et officia omnium sociorum sc: jus volendi media ad obtinendum istum finem idonea et necessaria. — In hoc casu jus internum et offa socialia eruuntur per philosophicam interpretationem. Est ista philosophica interpretatio est tantum subsidiaria. h. e. tantum tunc locum habere potest, si tenor pi jura et offa socialia aut plane non, aut insufficienter determinaverit, quia illa regula interpretationis philosophicae in interpretando po sociali: Qui vult finem, voluisse media censetur — nonnisi in tantum in societatibus locum habere potest, in quantum non est in ipso po restricta; potest enim pm sociale, unum alterumve socium ob specificas notiones, ab obligatione omnibus aliis sociis incumbenti eximere. Si e. g. esset societas inita talis, ut ad finem illius obtinendum socii obligarentur, certam pecuniae summam in medium conferre, haec obligatio omnibus incumberet sociis, uno tantum excepto, ex hac ratione, quod hanc pecuniam non habet.

Quaeritur num. Eo casu, si jura et offa soc. solummodo ~~et~~ ex tenore pi concludenda eruenda sunt—

quæ sunt hæc jura et officia?
Quum socii societatem ineundo eum intendant finem, qui tantum in hac societate obtineri potest, finis autem absq usu mediorum idoneorum et necessariorum obtentu sit impossibilis, hinc socii volentes finem civitatis, media etiam merito sine quibus iste finis obtineri nequit, voluisse censendi sunt, sequitur inde: omnes socios ineundo societatem, obligationem contraxisse volendi media, sine quibus finis societatis obtineri nequit. Huic reciproce sociorum obligationi correspondet jus singuli cujusvis socii, exigendi a reliquis sociis, ut media, sine quibus finis societatis obtineri nequit, vellent et adhiberent.
Quia autem ille, qui vult certum quemdam finem et ideo ad media s. q. i. f. o. nequit, adhibenda se obligavit, impedimenta hujus finis simul velle non potest, quia contradiceret sibi; volens finem adhibenda media, et nolens, impedimenta volendo, resultat inde negativum omnium sociorum offm, ea omnia omittendi, quibus societatis finis impediri potest. —
Stante tali sociali jure et offo quæritur: utrum sociis, qui communem societatis finem promovere se vel expresse vel tacite ineundo societatem obligaverunt jus sit, præter illum communem societatis finem, etiam suos particulares fines promovendi?
Resp. In po nemo magis obligari potest, quam ad quod se promittendo obligatum esse declaravit,

ergo et socii ineundo societatem magis obligari non possunt, seu alias obligationes contraxisse dici nequeunt, quam quas pacto sociali ineundo sibi aut expresse aut tacite volendo finem imposuerunt. Hinc quum socii tantum illum externae libertatis usum amittere se obligarunt ineundo societatem, qui societatis fini posset esse adversus, hinc omn. al. externae libertatis usum, qui fini societatis non obesset, sibi reservasse merito censendi sunt. censendi sunt, reservasse sibi jus, illos particulares fines prosequendi, quorum prosequutio communi societatis fini non erit impedimento. Communis societatis finis bonum commune dicitur: nam societatis finis, tale quid esse debet et est, quod omnes socii volunt, nam finis istius gratia societatem inivrunt, voluntas autem humana tantum bonum appetit (will das gute), malum aversatur, hinc quum communem societatis finem, omnes socii velint, iste autem finis, bonum commune est, hinc omnes socii bonum commune volunt. Ista itaq. regula: Quod sociis sit jus praeter communem societatis finem etiam particulares suos fines promovendi, si prosequutio hor. fin. part. fini societatis communi non est impedimento ita exprimi potest: Sociis jus est praeter commune societatis bonum etiam privatum bonum suum prosequendi, si promotio hoc privati boni, non est impedimento bono comuni. —

Quamvis autem pacto so. inito omnes socii in finem societatis consenserint, quia revera hujus finis gratia pactum soc. inivererunt, et finis iste est objec-

dum, hujus pti socialis, seu id, quod hoc pto singuli omnibus et omnes singulis promiserunt, sunt fieri potest, quod, quod in pto soc: ineundo, media, quæ jam tunc tq necessaria innotuerunt, determinata sunt, sed fieri et potest, quod in pto soc: ineundo tantum finis, cujus gratia socii societatem inierunt, est determinatus, media autem ad promovendum hunc finem idonea et necessaria aut plane non, aut tantum ea, quorum necessitas in ipso societatis origine innotuit, sunt determinata, alia vero, quorum necessitas pendet a mutabilibus et tpre pti soc: initi, prævideri haud possibilibus, ineundo ptm soc: non sunt determinata, sed demum tempore eveniente necessario determinari debent. In eo casu jus adesse debet, hæc media tempore necessitatis determinandi; nam societas finis gratia initur, finis autem, absq usu mediorum necessariorum et idoneorum obtineri nequit; hinc jus debet esse hæc media determinandi, quod jus regimen societatis appellari potest. Sed jus sine subjecto, cui hoc jus competeret, cogitari nequit, hinc quum in societate jus esse debet, media ad promovendum soc: finem id: et nec: determinandi, debet etiam in societate subjectum esse, cui hoc jus competat. Quæritur itaq, quis in eo casu, si media ad finem soc: obt: id: et nec: in pto soc: aut plane non, aut tantum ea, quæ in ipso societatis origine innotuerunt sunt determinata, subjectum est juris, hæc media determinandi?

Si tantum solum unionis socialis ptm initum est,

34

nn

265

Jus naturæ

266

tantum solum unionis socialis pm initum est, tunc hoc solo pto posito jus determinandi media ad promovendum comunem societatis finem ido-nea et necessaria omnibus sociis collective sum-tis competit. Stante igitur solo unionis socia-lis pacto et praeciso omni alio pto, subjec-tum illud, cui hoc jus competit est complexus omnium sociorum, quia si in societate solo unionis pto inito praeciso omni alio pto jus istud definiendi media, ad promoven-dum societatis finem idonea et necessaria, non omnibus sociis, sed tantum uni aut plu-ribus eorum competeret, tunc reliquis sociis obligatio juridica incumbere deberet, huic juri correlata sc: voluntati hujus unius et horum quorundam se conformandi. Talis autem obligatio spectato solo unionis socialis pto nemini incumbit, quia huic obligationi de-beret correlatum esse jus, unius sociorum vel quorundam horum aliis praescribendi, quodnam hi alii, pro eo reputare debent, quod ad promovendum comunem societatis fi-nem idoneum et necessarium est, adeoque jus, illis imperandi, hoc autem jus, a natura ne-mini competit, nam a natura quisquis ho-mo habet independentiam a. v. a., cui juri autem illi socii solo unionis socialis pto in-ito, non renuntiarunt, sed illud retinent, hinc solo unionis socialis pto inito, praeci-so omni alio pto subjectum illud, cui jus es-set, determinandi objecta sq media ad con-sequendum hunc finem socialem idi et nec: seu ita determinandi, ut hoc determinatio

vim habeat omnes obligandi, tandum complexus omnium sociorum esse potest. In tali ergo societate æquali, quivis socius jure gaudet, quoad negotia totam societatem concernentia non cum aliis deliberandi, verum etiam suffragium seu voluntatem suam dandi ita, ut tandum unanimia omnium sociorum vota, vim omnes socios obligandi habet.

Potestne in societate æquali admitti, ut socius quivis jus habeat super negotiis totam societatem decernendibus deliberandi et suffragium dandi, seu forte unitas omnium non requiritur, sed sufficeret votorum pluritas?

Votorum pluritas enim non sufficit, quia si in societate æquali, non unitus omnium suffragiorum, sed pluritas vim decidendi haberet, tunc illi, quorum vota non essent in hac votorum majoritate contenta, obligati esse deberent, se conformare opinionibus eorum, quorum vota pluritatem constituerent, hæc autem obligatio eorum e diametro opposita esset juri connato, juri independentiæ a. v. a. cui juri non renunciarunt.

Ut in societate aliqua pluritas votorum omnes obligandi habeat, id ex expresso pacto determinari debet, solo unionis sociales pacto id non est definitum, nam solo unionis pacto inito singuli tandum ad ido obligarunt sese, quod vires suas cum viribus aliorum unirent, et unitis his viribus communem societatis finem promovere velint, seu, quod unitis viribus media ad promovendum com: soc: fin: id: est nec: adhibere velint, ast quæ media sint idonea

et necessaria, id primum determinari debet, et determinationem eorum sibi reservarunt, quia jus indepe. a. s. a. per solum unionis fm non renuntiare.

Si autem subjectum illud, cui in necessitate jus sit determinandi decisive media ad promovendum com: finem id: et nec: competit, non est complexus omnium sociorum, sed tantum unus aliquis sociorum, vel quidam eorum, in hoc casu societas est inaequalis seu rectorea, quia unum illud individuum vel omnes, quibus jus definiendi media ad com: soc: fin: id: et nec: competit rector societatis vocatur. —

Quisnam ista media ad prom: com: soc: fin: id: et nec: determinandi jus habet?

Ista media sunt unitae multitudinis vires ([illegible]) usu itaque harum unitae multitudinis virium finis societatis aut promoveri aut impedire potest, pendet id a qualitate usus harum virium. Cui ergo in societate jus competit definiendi id: et nec: media ad promov: com: soc: finem, ei competit jus regendi vires sociorum ita, ut usu harum virium finis promoveatur et non impediatur. Usus virium activitas est, hinc potest dici: ei, cui in societate jus est, definiendi media ad obt: fin. soc: com: id: et nec: est jus, actiones sociorum ad obtinendum hunc communem soc. fin: regendi i.e. definiendi, quae actiones a sociis ad obtinendum societatis finem ponendae et quae omittendae sunt; jus tale jus imperandi dicitur, hinc illi subjecto, cui in societate jus est, definiendi media ad obt: fin. soc: id: et nec: competit jus imperandi, et ideo hoc

subjectum etiam imperans dicitur. Juri ex una pte debet ex altera pte necessario correlata esse obligatio jur: hinc juri imperantis regendi actiones sociorum ad communem finem, seu juri, actiones illas, quibus societatis finis, obtineri potest, reliquis sociis praescribendi, illas autem, quibus iste finis impeditur, prohibendi; correlata est a pte reliquorum sociorum juridica obligatio, praeceptas actiones ponendi, prohibitas omittendi seu obligatio voluntati rectoris societatis obediendi.

Haec obligatio sociorum, quum in pto fundatur, est obligatio jur:, potest ergo ab invito etiam per vim extorquari, quia cuicis paciscenti jus ex pto habenti, si laesus est, jus est, obligationem hujus paciscentis, huic suo juri correlatam per vim extorquendi; nam alter paciscens recusando benevole obligationis suae pto contractae adimpletionem laedit jus alterius paciscentis, huic obligationi correlatum, alter ergo paciscens, per hanc in suo jure laesionem, adeoq jus habet, alterum paciscentem pactifragum cogendi, hinc etiam juri rectoris societatis ex pto adquisito, jus praescribendi reliquis sociis, quid ad obligatio obtinendum soc: finem facere et omittere debeant, debet respondere ex pte reliquorum sociorum oblo, actiones has, quas rector societatis praescribit ponendi, prohibitas omittendi, et si hi socii benevole non obediunt, rectori societatis jus est, hanc obedientiam extorquendi. —

Pta dant leges paciscentibus, hinc et ptm, quo socii jus, regendi societatem contulerunt in unum etiam dat pro sociis legem, hinc voluntas rectoris

societatis, quid illius communis societatis finis gratia fieri aut amitti debeat, est pro reliquis sociis lex. [illegible]

Quia autem pti paciscentes non tantum in foro externo, verum etiam in foro interno seu conscientia obligantur, ergo etiam leges sola rectoris societatis voluntate positæ socios reliquos etiam in foro interno obligant.

Quæritur, utrum hæc rectoris societatis potestas sit limitata vel illimitata?

Cum a natura nemini sit jus aliis imperandi, quia cuivis a natura competit jus oppositum, huic vero juri homo relate ad quædam hujus juris objecta potest renuntiare, et hæc objecta prudenti arbitrio alicujus alterius subjicere potest, et hinc si aliquis objectum quoddam sui juris independentiæ arbitrio alterius subjicit et ille alter hanc subjectionem acceptat, tunc hoc mutuo, tam subjicientis, qm acceptantis — consensu oritur ptm, ptm subjectionis dictum.

Ex hoc pto illi subjecto, cui alius quidam obj. sui juris subdidit, jus oritur, subjectum istud subjiciens redigendi et alteri . subjecto incumbit correspondens oblo, se huic voluntati conformandi. Jus igitur imperandi a natura qmqm nemini competit, pto, sed tantum pto oriri potest.

Sed ex pto nemo plus juris adquirit, quam quod alter paciscens in eum transferre velle declaravit, hinc etiam rector societatis ex pto subjectionis, quo ei jus collatum est, socios regendi, majus jus non adquirit, qm quod in eum reliquorum socior: voluntate collatum est, hæc autem voluntas, per quam jus, societatem regendi uni vel pluribus subjectis collatum est, potest esse, aut expresse verbis,

aut tacite (finis voluntate,) determinandi. ——
Si voluntas haec est expresse determinata, h. e. si ambitus potestatis rectoris in pto subjectionis expresse est definitus, tunc rector ipse, nec plura jura, nec alia habere potest, quam quae a reliquis sociis pto subjectionis expresse sunt concessa. In hoc casu potestas rectoris societatis erit limitata, et quidem eo limite, qui ei ex pto illo reliquorum sociorum est positus. ——
Si autem in pto subjectionis jus illud, quod concessum esset uni alicui, vel pluribus quibusdam subjectis societatem regendi non est expressis verbis definitum, tunc ex fine societatis erui debet, hinc quum pto subjectionis, potestas regendi societatem, seu jus imperandi ob communem societatis finem concedatur, finis iste, cujus gratia potestas rectorea in imperantem collata est, est ratio hujus juris imperandi, ipsum autem hoc jus est rationatum. Nam autem rationatum latius patere nequit sua ratione, ergo et potestas regendi societatem, seu jus imperandi rectoris societatis majus esse nequit, quam finis societatis postulat. In casu igitur, ubi jus imperandi societatis membris in pto sociali non est expresse definitum, nec limitatum, tunc tacite est limitatum sc. per finem societatis atque tacitam sociorum voluntatem. In tali igitur casu rector societatis jus ac potestatem habet ad omnia, est tantum ad ea omnia, quae ad communem societatis finem promovendum sint id est necessaria. In hoc casu itaque aptitudo et necessitas ad promovendum societatis finem com: sunt limites potestatis rectoris.
Quaecumque igitur aut non sunt apta ad promoven-

dum soc: finem aut non necessaria, rector socts exi„
gere a membris societatis postulare nequit, sed
manet pristina sociorum libertas, quae lib. liber„
tas socialis (wolność towarzyska) vocatur. Li„
bertas socialis tantum ad ea comprehendit, quae relate
ad com: socts finem sunt indifferentia, quae ad
hunc finem neque sunt media, neque impedimen„
ta; nam si sunt media, obligatio adest ea po„
nendi, si sunt impedimenta obligatio adest ea
omittendi;
Quae autem sint tales actiones, quae relate ad com:
socts finem sunt indifferentes, jus, de eo in soci„
etate inaequali decisive judicandi soli rectori
societatis competit, nam jus hoc in hac societa„
te ei solum concessum est, hinc in societate rec„
torea tantum ad id erit jus sociis, quod per rec„
torem societatis pro socialiter indifferentibus
sunt declarata
Limes iste, qui in pto sociali per paciscentes im„
perio sociali imponitur, positivus dicitur, nam
omne id, quod arbitrio humano statuitur, posi„
tivum dicitur. Quod vero limes iste, qui disertis
paciscentium verbis imperio sociali imponitur
pro arbitrio paciscentium ponatur, inde patet,
quod paciscentes ad imperium istud uni aut
pluribus conferendum, non erant obligati, nam
paciscens ad ptum ineundum et ad promitten„
dum hoc pto obj. tm jurid: non est obligatus, sed
ab arbitrio ejus pendet, utrum ptum cum aliquo
alio inire et quid hoc pto promittere velit, ita
etiam illi, qui imperium sociale uni aut pluri„
bus quibusdam personis contulerunt, ad conferen„
dam hanc in unum aut quosdam potestatem
socialem juridice non erant obligati, sed unice

ab illorum pendebat arbitrio, cui se subjicere velint, hinc pendet etiam ab eorum arbitrio, quibus sub conditionibus et inter quos limites se illi velint subjicere. Hi itaque limites in pto subjectionis posi- ti ponuntur pro arbitrio eorum, qui se huic imperio subjiciunt ideo positivi adpellantur. ——

Ex inde, quod imperio sociali disertis verbis nullus limes est positus, nullo modo sequitur, imperium soc. il- limitatum esse; nam in illo casu imperium sociale habet limitem, in ipso societatis fine repositum, ideo quoniam ratio, ob quam pto subjectionis imperium in unum aut in plures collatum est, est comunis societatis finis, imperium collatum est rationatum, imperium itaq sociale se latius extendere non potest, fine societati. ——

Sive itaq limes imperio sociali disertis verbis sit positus nec ne, semper imperio sociali est limi- tatum et quidem in primo casu, limite positivo, in secundo, fine societatis, qui est limes naturalis. Quia autem hae 2 propositiones: positivus est aliquis limes positivus, aut nullus, sunt contra- dictoriae oppositae, duo autem contradictorie opposita, nullum medium admittant, disjunctio fuit plena, in omni soc. jur. inaequali, imperi- um sociale est limitatum. In societate igitur juridica inaequali non datur, nec dari potest imperium illimitatum.

Nota. In praxi tamen illud imperium sociale, quod nullum habet positivum limitem, sed tantum naturali limite circumscriptum est, dicitur illi- mitatum, limitatum autem illud, quod praeter naturalem finem etiam habet positivum ex-

pressis praecedentium verbis definitum.

Imperium sociale tantum mediante pto subjectionis adquiri potest ideo, quia sola rationali hominis natura spectata, nemini competit jus praescribendi aliis, qualem nam finem activitati suae praefigere et quo modo hunc finem realisare deberent, ob conatum s. jus independentiae.

Sed quaeritur utrum conceptui societatis juridicae jam non insit conceptus dependentiae?

Si hoc verum esset, tum homo societatem juridicam iniens eo ipso jam se subjiceret.

Resp. Conceptui unionis socialis, seu societatis generatim conceptus subjectionis non inest, nam conceptui soc. jur. conceptus dependentiae tunc inesset, si societas talis esset, cujus finis non posset aliter obtineri, quam mediante subjectione. — nam in tali casu esset subjectio medium, ad obtinendum societatis finem, homo itaq hanc societatem iniens, adeoq finem h. societatis volens, non potest non velle rationaliter et media, nam finis absq medio obtentu est impossibilis, medium autem esset subjectio, hinc homo, volens intrare talem societatem, vellet hoc ipso intrare subjectionem. E. g. si homo aliquis certam quamdam societatem civilem iniret, in qua imperium jam esset constitutum, vg. in civitatem, quia sine imperio civitas non potest esse civitas, hinc homo hanc civitatem iniens, eo ipso se subjiceret tali imperio, nam conceptus subjectionis a conceptu civitatis separari non potest, nam conceptus civitatis non potest separari a conceptu imperii, conceptus autem imperii non potest separari a conceptu subjectionis, ideo ipse introitus in talem civitatem esset subjectio. Videtur itaq posse oriri jus

actus imperandi sine p̃to.

Ast jus hoc actus imperandi sine p̃to oriri non potest.

Iste actus, quo quis talem init societatem a cujus concessu concessus imperii et subjectionis separari nequit, involvit p̃tm tacitum; hoc ipso quod quis in societatem intrat, subjicit se ejus imperio, nam concessus societatis absq concessu imperii non est cogitabilis et concessus imperii iterum cum concessu subjectionis est necessario connexus, quitaq subintrat aliquando societatem, eo ipso se huic imperio subjicit et si ille, penes quem imperium est, acceptat hanc subjectionem, est p̃tm subjectionis, ex quo p̃to imperandi oritur jus exigendi ab illo, qui sese subjicit, conformationem suae voluntatis ejus voluntati, illi vero, qui se subjicit, inest oblo juris se conformandi imperantis voluntati. Ast istud tantum tunc verum est, si in societate aliqua imperium jam est constitutum; ast si imperium est constituendum quamvis societas talis esset, cujus finis absq imperio obtineri non potest, homo talem societatem iniens, non potest dici subjectum esse nam ex eo, quod finis societatis alicujus sine imperio obtineri nequit, sequitur tantum necessitas constituendi imperium, adeoq necessitas se subjiciendi, jam autem necessitas subjectionis, non est ipsa actualis subjectio, quemadmodum necessaria objecti promissi praestatio, non est actualis ejus praestatio, imo introitus in talem societatem, cujus finis absq imperio non potest obtineri, in qua tamen actum subjectum imperii nondum est constitutum, cum actua-

ti subjectione fieri non potest, subjectio enim est actus voluntatis, voluntas autem cognitione regitur, hinc subjectio, subjecto imperii ignoto est impossibilis, debet ergo prius imperii subjectum determinari. Istud autem subjectum imperii socialis, debet determinari unanimi omnium sociorum consensu, nam quivis socius intrando in societatem, venit cum connato jure independentiae, hinc quousque huic juri non renuntiat, eo usque subjectus imperii non erit jus ei imperandi; si autem tantum majoritate votorum subjectum istud electum esset, inter eligentes ipsum et illum electum esset pm, pm autem obligat tantum paciscentes, non autem tertium, hinc ista obligati nonunanimis obligaret eligentes tantum, nunquam autem non consentientes: hinc subjectum imperii haberet jus imperandi eligentibus, non autem his aliis.

Societas jur. nonnisi pô oriri potest, quod pm sociale vocari consvevit, et quod bilaterale est, quia promittitur et repromittitur, unitis viribus communem societatis finem adsequendi. Ex omni pô bilaterali paciscentibus jura mutua, mutuaque oriuntur offa, hinc etiam ex pô sociali, sociis oriuntur erga se mutua jura, mutuaque officia, jura, sc: exigendi a se invicem, ut unitis viribus commenem unionis finem prosequantur, quorum jurium et correlatorum hisce juribus officiorum in pô sociali, vires suas ad prosequendum unionis finem uniendi, complexus jus sociale internum adpellatur (: der Inbegriff der wechselseitigen Rechte und Verbindlichkeiten heißt das innere Gesellschaftsrecht :) ideo internum, quia jura hæc et correlata offa tantum in interno societatis suam exserunt efficaciam h. e. ob-

tenint tantum intra socios. —
Sed queritur, utrum sociis, qua sociis non competant etiam quodam jura externa? h. e. talia jura, quæ suam efficaciam non tantum in societatis membra, verum etiam in personas alias, quæ extra societatem sunt, quæ ergo relate ad societatem sunt personæ externæ, exserunt?
N. hanc quæstionem ita solvit:
Quævis societas juridica est persona moralis, cuivis autem personæ competunt jura jam in rationali eius natura fundata, ergo etiam societate juridicæ tq personæ morali, competunt jura connata. —
Resp: Hoc ratiocinium in forma falsum est, ad formam ratiocinii requiritur, ut construatur juxta regulas syllogismorum logicas. Juxta regulas syllogismi tres tantum in ratio: termini esse possunt, hic autem sunt 4.
In prima enim hujus ratiocinii premissa sc: —
Quævis societas jur: est persona moralis, sunt duo conceptus, conc: soc: jur: et conceptus personæ moralis. in secunda premissa; „quævis autem persona habet jura connata“, iterum duo conceptus occurrunt, et quidem (novi) conceptus personæ et conceptus jurium connatorum. Juxta regulas logicæ, consequens seu prædicatum in propositione majore vadit subjectum propositionis minoris, hic autem loco hujus conceptus sumtus est alius, sunt itaq quatuor termini loco tripus, nam in prima premissa auctor intelligit personam moralem, in secunda autem personam generatim, jam autem conceptus personæ generatim et personæ moralis non sunt identici, nam persona generatim ad personam moralem se

Palmam tibi fert senatus
populusque academicus

2



Senatus populusque
academicus palmam
Tibi fert.

Veni vidi vici

Jus naturæ

ad personam moralem ita se habet, prout se habet genus ad speciem.

Societatem autem esse personam N.   ita demonstrat:

Ad omnem personam requiritur intellectus et voluntas, quorum unio personam efficit, ad unam autem personam requiritur unus intellectus et una voluntas; jam autem in societate est unus intellectus et una voluntas, est ibi una voluntas, nam omnes socii unum idemq volunt, sc: unum eundemq finem societatis, hinc in hoc fine uno eodemq unita est, omnium voluntas, hac de causa, omnium sociorum voluntas unam voluntatem constituit. Adest et unus intellectus, nam quum adsit unitas voluntatis, qualitas autem voluntatis dependeat a qualitate repraesentationis, hinc ut adsit in societate unitas voluntatis, debet esse unitas repraesentationis, repraesentatio autem est operatio intellectus, hinc quum in societate pur. adsit unitas voluntatum adesse debet et unitas intellectus. — Ast hic unitas intellectus et unitas vol: in sensu improprio sumitur, ista unitas non significat veram unitatem intellectus et vol: sed tropicam unitas sumitur consensus loco. Verum quidem est, quod in societate pur. omnium sociorum voluntates consentiunt in idem, quia omnes socii unum eundemq finem volunt, est itaque consensus voluntatum, ast non est una voluntas, sed tot voluntates, quot sunt socii. Idem ipsum valet de intellectu. Omnium sociorum voluntates in eundem finem consentiunt, consensus voluntatum dependet autem a consensu repraesentationum, repraesentatio mediante intel-

tiva fit, hinc et omnium intellectuum consensus
esse debet. Quum ergo unitas voluntatis et uni-
tas intellectus in societate sit tantum tropica,
tantum quasi unitas, ideo et societates juridi-
cae non sunt personae verae, sed tantum quasi
personae, quae quasi personae, personae morales
s. personae fictae dici solent. —
In illo igitur ratiocinio illud, quod de veris seu
physicis pn. valet, trahitur ad fictas, sine ulla
ratione.
<u>Est autem modus</u> jura externa societatis prae-
tendi ab autore nostro adductus, sit falsus, ta-
men datur modus, ostendendi, societatibus ju-
ridicis tq personis moralibus competere jura
etiam erga alias personas, <u>ad societatem
hanc non pertinentes (extraneus) efficacia.</u>
Ipse modus est ipsa societatum juridicarum
natura. Quaevis enim societas initur certi cu-
jusdam finis gratia, homines itaq finem hunc vo-
lentes et cognoscentes finem hunc, non aliter,
quam in tali societate obtineri posse, necessi-
tantur talem societatem considerare tq unicum
medium ad obtinendum finem ipsum com. so-
cietatis, volentes itaq hunc finem, velle neces-
sitantur et medium, necessitantur itaq velle
societatem et ideo talem societatem ineunt.
Iste autem finis debet esse moraliter licitus,
nam societas juridica pñ initur, cujus pñ ob-
jectum est illius soc: finis, si itaq iste finis so-
cietatis esset aliquando moraliter impossi-
bilis, tunc objectum pñ esset aliquod moraliter
impossibile. Pm autem, cujus objm est mora-

licitur, est invalidum, hinc etiam pactum sociale, per quod initur societas talis, cujus finis est aliquid mor. impossibile est invalidum. ——

Quia autem istud pactum est ligamentum, quo socii in unitatem societatis ligantur, ligatum erit societas ista, et quum ligamine non existente, ligatum quoque evadit illigatum, nam nil adest, quo ligarentur, hinc pacto in sociali invalido, societas nulla est. Finis itaque societatis validae, debet esse aliquid mor. possibile, h. e. tale quid, quod nulli legi, nec ethicae, nec juridicae repugnat. Homines autem jus habent, volendi fines, nulli legi repugnantes ergo etiam socii societatem intrantes jus habent, volendi societatis finem, si iste finis nulli legi repugnat. Habentes autem jus ad finem, habent etiam jus ad media volenda, sine quibus iste finis obtineri nequit; medium autem ad obtinendum talem finem, qui tantum in societate realisari potest, est ista societas, hinc socii habent jus, talem societatem ineundi et in ea permanendi. Priorum itaque jus, quod societati qua societati competit etiam erga alias personas, est jus existendi in hoc mundo tq. talis societas. ——

Quia autem iste finis, cujus gratia societas initur, non est momentaneus, sed perdurans, hinc etiam medium, sine quo iste finis obtineri nequit, perdurans esse debet, medium hoc est societas, hinc homines talem societatem concedentes seu societas jus habet, non tantum in hoc mundo existendi, verum et talem societatem conservandi.

Quia autem haec societas est medium ad obtinendum hunc finem, cujus gratia inita est, socii autem habeant jus, finem illum perfectissime realisandi; perfecta vero finis realisatio a perfectione medii pendet, hinc socii habent jus, societatem initam maxime, quantum fieri potest, perficiendi —

In hoc jure continetur jus constitutionem inter socios meliorandi e. g. Societatem aequalem in~~…~~ inaequalem commutandi, quin ad id egeatur consensu tertii, ob relationem sc. jus indiffo. a. e. a. cui juri relate ad extraneum tertium non renuntiarunt.

Socii habent jus, societatem perficiendi, perfectio autem societatis, variis modis fieri potest, inter quos pertinet etiam auctio virium societatis i. e. virium humanarum rerumq., hinc societas habet jus, augendi numerum membrorum suorum et res suas modis augendi, quibus dominium rerum adquiritur, sc. occupatione et pactis.

Quia autem societas habet jus augendi numerum membrorum suorum, hinc debet ei competere jus admittendi in societatis sinum nova membra.

Et non sufficit ad perficiendam societatem, augendi vires, sed oportet easdem etiam excolere, nam vis major inexculta, quandocumque mi- ~~inexculta~~ nus valet, quam minor vis, ~~qu~~ ast exculta. Societas itaq. debet habere etiam jus vires suas, modis licitis excolendi.

Haec sunt jura societatis qua talis, quae in societatis natura fundantur et suam efficaciam ex-

serint contra personas ad societatem non pertinen-
tes et prout quivis singulus homo jure gaudens, ex-
istendi in h. mundo, vires suas exsolvendi, etiam
gaudet jure exigendi ab aliis, ne in hoc conatu
jure exercendo eum impediant: ita et socieda-
tes juridicae gaudentes juribus nunc expositis,
gaudent etiam jure, a quavis alia persona, sive
sit physica sive moralis exigendi, ne ipsam in
exercendis suis juribus turbent et huic juri socie-
tatis correlata est obligatio jur: ex pte omnium
reliquorum pers: tam mor: qm phys., absti-
nendi a quavis jurium societatis turbatione,
quod fit abstinendo ab omnibus actionibus,
quibus hae societatis jura laedi possunt. —
Jura, quibus societas gaudet, sunt connata, quo-
vis autem usu juris connati materia juris ad-
quiritur, hinc usu horum jurium membra so-
cietatis possunt nova jura adquirere, sc: ma-
terialia, nam juris materia, est jus materiale
quoniam autem jura materialia, nonnisi per
usum jurium connatorum adquiruntur, ipsi
autem usus factum sunt, hinc jura ipsa mate-
rialia talia sunt, adquae, ut comprobant cui
facto opus est, hinc tale jus materiale non est
connatum, sed adquisitum seu hypotheticum.
Complexus jurium tam absolutorum societatis qm
hypotheticorum constituit jus sociale externum,
nam jura hoc efficaciam suam exserunt etiam
in personas ad societatem non pertinentes, a-
deoque ad personas, quae relate ad societatem sunt
externae.
Aussetaq sociale est specialis generis, jus sociale in-
ternum, quod tantum in membra socie, jus soci-

ale externum, quod etiam in personas extraneas, in nulla relatione, cum hac societate versantes, efficaciam suam exserit.

In et quomodo societates juridicae dissolvi, adeoque cessare possunt.

Ex eo, quod societates in sensu juridico oriri possunt, tantum mediante pacto, sequitur eas dissolvi ac cessare posse; nam soc: in sensu juridico seu in sensu formali est talis plurium personarum, ad se invicem relatio, ut unitis viribus communem unionis finem promoveant et reciproca his mutuis juribus correlata offa unitis viribus communem prosequendi unionis finem; Haec talis relatio, ex pacto socialis unionis oritur, quod prim est bilaterale. Jam autem jura paciscentium ex pactis quaesita et hisce juribus correlata offa possunt cessare, hinc et jura soc: hisce correlata offa, utpote pariter ex pacto orta, cessare possunt. His autem juribus et officiis cessantibus, cessat illa plurium personarum inter se relatio, vi cujus obligati sunt, communem unionis finem, unitis viribus promovendi. Qui autem hi modi sunt, quibus jura et offa ex pactis quaesita cessant, in theoria de pactis generatim expositum est. Hi modi nunc ad modum, quo jus sociale cessat, sunt applicandi. Modi illi diversi sunt.

Unus modus est solutio i: e: praestatio illius, quod unus paciscens alteri promisit. Id, quod vi pacti socialis socius socio promittit, est finis societatis, socii enim societatem ineundo sibi promittunt et repromittunt, communem societatis finem unitis viribus realisandi. Hoc itaq

fine plene obtento, praestatum est id, quod pro promis-
sum fuit sc: pro objectum, quod iste finis consti-
tuit, id autem, quod pro promissum est, plene
praestato, cessat jus promissarii a promittente praesta-
tionem objecti exigendi et ex parte promittentis ces-
sat obligatio jur: objectum promissum prae-
standi; cessat ergo jus et obligatio ex pacto orta,
ergo fine societatis plene obtento, cessat soci-
etas ipsa et cessant socii obligati esse in tali
unione manere.

<u>Ast modus iste societatem dissolvendi, non
valet de quavis societate, sed tantum de ea
cujus finis tale aliquod est, quod certo quodam
tempore perfecte realisari potest.</u>

Nam si societatis finis tale quidquam est, quod
nullo certo tempore perfecte realisari potest,
societas talis, hoc modo cessare non potest.
Id autem quod nullo certo tempore realisa-
ri potest, idea est, nam idea est repraesenta-
tio infiniti, et infinitum non potest finito
tempore realisari, nam cessaret esse infini-
tum, hinc in tali societate, cujus finis realisa-
tio idea est, realisatio perfecta hujus finis in
nullo tempore finito obtineri potest. Tantum
approximatio ad hoc ideale est possibilis.
Tales ergo societates, perfecta finis realisa-
tione cessare non possunt. Ejusmodi societas
est civitas; illius enim finis sive proximus
sive ultimus spectetur est idea.

Alter modus, quo et jura et officia pacticia
cessare possunt, est <u>remissio</u>, si nimirum pa-
ciscens unus juri suo ex pacto adquisito renunti-
at, et alteri paciscendi obligationem, hinc juri

correlatam remittat, promissarius jus ex pacto adquisitum amittit et cessat obligatio promittentis huic juri correlata, nam obligatio absque jure, cui correlata est, est incogitabilitas. Jam autem, si pactum est bilaterale, uterque paciscens suo ex pacto adquisito juri, debet renuntiare, adeoque uterque paciscens debet in id consentire, ut hoc modo jura eorum et officia cessent, et pactum resolvatur — Vinculum, quo societas arcetur, quo socii in unionem junguntur et in hac unione manere obligantur, est pactum sociale, hinc si omnes socii in id consentiunt, ut hoc pactum dissolvatur, cessabit vinculum, quo societas ligabatur, vinculum, quo socii in hac societate manere obligabantur, hinc societas dissolvitur. Iste autem consensus in dissolutionem pacti socialis tunc erit, si quivis socius suo juri, ex hoc pacto erga alterum socium adquisito renuntiat, et hoc modo obligationem reliquorum sociorum, huic suo juri correlatam, retrahit. Ast requiritur ad id unanimis <u>omnium</u> sociorum in remiss. consensus, quia est pactum bilaterale, et in pacto bilaterali etc. nam <u>quivis</u> socius ex pacto soc. jus adquirit, quo jure privari nequit. —

Etiam hoc modo tantum tales societates dissolvi possunt, quarum finis tale quidquam est, cui homo valide renuntiare potest. Si itaque societatis alicujus, tale quidquam finis esset, cui renuntiare non licet, societas talis sociorum consensu dissolvi non posset.

Tertius modus, quo jura et officia pacticia ces-

sare possunt et jus dissolvitur est perfidia unius paciscentis. Modum hunc tantum in jus bilateralibus valere dictum est, in theoria de jus generatim. Jus sociale est etiam bilaterale, quaeritur itaque, utrum perfidia unius vel alterius socii, societas inter hunc perfidum socium et reliquos socios cesset?

Ita est, nam perfidus paciscens amittit jus exigendi ab altero paciscente, ut ipse alter paciscens ejus revereatur jura et alter paciscens eo ipso liberatur ab obligatione praestandi.

Quod de genere valet, valet etiam de specie, scil: de jure unionis socialis, hinc si unus alterve socius, erga reliquos perfidus fiat, tunc hi reliqui ob hanc perfidiam ab obligatione sua, erga ipsum contracta liberantur et non obligantur amplius perfidum socium in sinu societatis patiendi, sed jus habent, eum ex sinu societatis excludere, nam jus sociale per perfidiam cessat, quum antequam hoc jus fuit, unicum vinculum, quo ille obligabatur, in sinu societatis manere, cesset omne vinculum, inter reliquos socios et hunc socium perfidum, cessante ligamine, ligatum evadit illigatum.

Nota. In hac veritate fundatur hic nonnullarum gentium consuetudo, quod civem delinquentem in exilium mittant, nam civis committens erga concives vel contra societatem perfidus evadit, et societas acquirit

adquirit jus, eum ex sinu suo ejiciendi. ——
Hoc fit cum excludendo (ist Landesverweisung)
Quia societas pō initur, et ex pō nemo magis obligatur, quam se obligatum esse velle declaravit, <u>hinc si societas aliqua ad certum quemdam et determinatum tempus inita est, hoc tempore elapso, societas dissolvitur</u>, nam socii societatem ad certum et determinatum tempus ineuntes tacite declarant, se tantum durante hoc tempore in societate manere velle, temporis duratione cessante, cessat obligatio permanendi. Ob eandem rationem, <u>si societas inita est, sub quadam conditione resolutiva, societas cessat, si hoc condit: resol: evenit</u>. nam natura conditionis resolutivæ hoc est, quod indicet tempus, ad quod usque paciscentes obligati esse volunt. Conditione itaq resolutiva eveniente, evenit tempus, ad quod usq oblo paciscentium pō contracta durare debuisset, hinc, quum nemo ex pō magis obligatur, quam quod se obligatum esse declaravit, hinc tempore hoc eveniente conditione resolutiva, sub qua societas est inita, societas dissolvitur.
Inter modos, quibus jura et affā pactitia cessant, pertinet etiam <u>mors</u> paciscentium: quæritur itaq an et morte jura et affā socialia et ipsa societates juridicæ cessent?
Morte omnium sociorum sequuta, societatem dissolvi certum est, nam omnibus sociis morte sublatis, tolluntur jurium et obligationum socialium subjecta, jam autem jura et affā absque subjectis, quæ iis gaudent et quibus incumbunt,

esse nequeunt.
Sed quid, si unus vel alter sociorum mortuus est. An eo casu videndum est, utrum aliquid in pō soc: statutum habeatur, vel nihil. Si in ipso pō so: de
1. hoc eventu statutum est, aliquid, tunc stan, dum est hoc statuto, nam pāā dant legem paciscentibus. Si itaq in pō soc: esset determinatum, societatem debere cessare morte unius, alteriusve socii, hinc ipsa mors socii in pō sociali praevisa, est conditio resolutiva, conditione cessante, conditionatum necessario cessare debet.
2. Sed in pō soc: quatenus nil est dictum, tunc in hoc casu videndum est, utrum non obstante morte unius, alteriusve socii finis, societatis viribus superstitum sociorum [illegible] adhuc obtineri potest, vel non potest, amplius obtineri. Si ipse finis, non obstante morte unius socii obtineri potest, unitis reliquorum sociōr: viribus, tunc societas perdurat, quia nulla est ratio quare cessare deberet, si autem ipse finis unitis reliquorum sociorum viribus, obtineri nequit, in eo casu societas cessat, societas enim juridi: pō oritur hinc si hoc pm evadit nullum, societas cessat. sed pm hoc evadit nullum, si finis societatis istius, evadit sive physice, sive moraliter impossibilis, nam finis est objectum pi, si itaq finis societatis communis, unitis reliquorum sociorum viribus obtentu evadit impossibilis, in eo casu objectum pi evadit physice impossibile, hinc debet pm sociale cessare, cessante pō soc: cessat vinculum, quo socii in societate manere obligabantur, cessante autem liga„

mundo, id, quod eo ligatum fuit, sc: societas dis„ solvitur.

Nunc de jure sociali speciali seu de societatibus specificis, quia hucusque de societate generatim fuit tractatum. —

Non omnes societates specificæ constituunt ob„ jectum juris naturæ, societatum specifica„ rum datur multitudo innumera; Objectum juris naturæ tantum illæ societates specificæ constituunt, quæ sunt media necessaria ad realisandam in hoc mundo rationis ideam, et tales societates sunt: 1. societates conjugales, 2. societas parentalis et 3. magna illa socie„ tas, quæ civitas vocatur, hinc hæ tres societa„ tes constituunt objtm juris naturæ. —
Reliquæ autem societates non possunt obloqui singulariter, nam continentur in generico societatis conceptu, quod itaque de societa„ te in genere dictum est, valet etiam de hisce societatibus. —

De jure conjugali seu de societate conjugali (seu matrimonio).

Societatem conjugalem esse unionem duarum v. plurium personarum diversi sexus, de eo multum dubitabatur.—

Imprimis quærebatur de eo: estne matrimo„ nium institutum mere naturæ vel est etiam opus humanæ libertatis? —

Matrimonium esse institutum naturæ inde pa„ tet, quod ubiq tempore et omni esse et fuisse ex„ perientia docet, id autem, quod ubiq locorum

et omni tempore esse et fuisse experientia docet, est opus ipsius naturæ. Indidit natura homi-ni stimulum sexualem, vi cujus homo trahitur ad sexum alterum.

An, estne hoc institutum solius naturæ vel for-te et libera humana voluntas ad hoc institu-tum cooperat?

Matrimonium non esse institutum solius na-turæ inde patet, quia natura hæc individua, quæ in matrimonio jungi deberent, non determi-navit, hanc determinationem reliquit liberta-ti humanæ. Sub hoc igitur respectu, quod natura individua, quæ in matrimonio jungi deberent, non determinavit, sed electio a libera huma-na voluntate pendet, matrimonium est quoque opus libertatis humanæ; adeoque societas conjuga-lis tantum libero sociorum in id consensu, ut in unionem socialem ineant, oriri potest, adeoque tantum jus, nam mutuus liberæ pacescentium consensus in objectum aliquod dicitur jus. —

Quia quævis societas finem aliquem unitis so-ciorum viribus obtinendum habere debet, ergo etiam societas conjugalis seu matrimonium.

Quæritur itaque, quis sit finis societatis conjuga-lis?

Dum quæritur de fine alicujus societatis, quæ-ritur de tali fine, qui tantum in hac socie-tate obtineri potest, cujus ergo obtinendi gra-tia societas initur. Talis finis societatis, qui tantum in hac societate obtineri potest, est verus seu philosophicus finis societatis, ergo etiam dum de fine matrimonii quæritur, intelli-gitur ille finis, qui tantum in matrimonio ob-

Jus naturæ

m.

qui tantum in matrimonio obtineri potest.

Est itaque quaestio de vero, seu philosophico fine matrimonii.

Quis iste finis sit, doctorum opiniones in eo non consentiunt. Nonnulli statuunt philoso-
phicum finem matrimonii, esse individuum 1
totius vitae consortium [illegible]
[illegible]; alii
eum reponunt in mutuo conjugum auxilio 2
[illegible]; alii de-
nique in procreatione sobolis [illegible] 3
[illegible]

Ad 1. Ast, quod attinet ipsum primum finem, matrimonii sc: individuum totius vitae consortium — iste finis non est talis, qui tantum in matrimonio et non etiam extra idem realisari potest, nam etiam personae ejusdem sexus possunt inire hanc societatem, possunt enim et personae ejusdem sexus sibi promittere et repromittere, quod nunquam unus alterum sit deserturus, sed omnes dolores, omniaque gaudia partiturus; iste itaque finis, sc: inseparabile totius vitae consortium est finis, qui non omnino tantum in matrimonio, verum etiam extra matrimonium obtineri potest, i.e. talis, qui non tantum in unione personarum diversi sexus, omnino obtineri potest, verum etiam in unione personarum ejusdem sexus.

Idem ipsum valet de isto altero fine, sc: de mutuo conjugum auxilio.

Quod denique attinet procreationem sobolis, etiam iste finis non videtur verus seu philosophicus, saltem principalis finis matrimonii, seu talis, cujus solius gratia matrimonium initur, nam

1. experientia docet, dari matrimonia sterilia (Unfruchtbare Ehen) et tamen pro veris matrimoniis reputantur, quod fieri non posset, si procreatio sobolis, esset principalis et philosophicus matrimonii finis; matrimonium enim est societas, societas autem, si finis illius aut physice aut moraliter est impossibilis obtentu, nulla est, hinc etiam m. sterile deberet nullum esse, attamen talia matrimonia pro nullis non reputantur. 2. Matrimonium, sicut quaevis societas pto initur, objectum autem pti, quo societas initur, est finis hujus societatis; hinc si procreatio sobolis esset verus ac proprius mii finis, finis ille deberet esse objm pti matrimonialis, jam autem finis iste objectum pti, quo m. initur, esse nequit, nam objectum pti est id, quod ab uno paciscente alteri promittitur, hoc autem tale quid esse debet, cujus praestatio in libertate promittentis posita est, jam autem procreatio sobolis phynomenon est, quod non a sola humana pendet voluntate, sed etiam pendet a physica natura.

Alii juris naturae doctores, videntes has difficultates, quibus hi 3 fines premuntur, ad evitandas has difficultates omnes tres fines junctim pro fine societatis conjugalis statuunt. At difficultates, quibus singuli hi fines premuntur, premunt hos fines etiam junctim sumtas.

Unde ergo poterit intelligi, quisnam sit verus seu philosophicus mii finis.

Quum cognitio hujus finis nil sit species soci-
tas humani in genere, tunc inde debebit verus finis
matrimonii erui, unde omnis hominis cognitio
hauritur, sc. ex supremo omnis systemate seu ex idea
rationis.
Entia r. in omni sua libera activitate ideam
rationis realisare obligantur, ergo etiam in illa
libera activitate sua, quo societatem conjuga-
lem ineunt, eundem finem intendere debent.
Realisatio igitur ideae rationis per mnm est
ultimus societatis conjugalis finis, quia iste
finis est ultimus finis omnium actionum hu-
manarum, saltem id esse debet. —



Sed hunc finem conjuges per societatem conj-
tantum tunc realisare poterunt, si in hac socie-
tate idea rationis adfuerit. In idea rationis
sunt 3 elementa: ideale, reale et utriusq. inti-
ma unitas, i. e. talis, ut hae duo nonnisi u-
num indiscernibile constituant, quod ratio est,
utrumq. autem ideale et reale, cujus unitas ra-
tionem constituit, sunt pariter ratio; nam
ideale et reale sunt activitas rationis, acti-
vitas autem, sq. vis evoluta a vi agente sub-
stantia non differt; ideo ut in societate con-
jugali idea rationis repraesentetur, ea, quae
in societatem conjugalem uniri deberent, am-
bo debent esse entia rationalia. At in idea
rationis, illa elementa, quorum unio ratio-
nem constituit, quamvis utrumq. ratio sit, ta-
men destinatione sua differunt, nam destina-
tio idealis est in interno rationis agere, desti-
natio realis in externo activum esse, hinc eti-
am entia societatem conjugalem ineuntia, quam-
vis utrumque ens r. esse debet, tamen destinatione

sua i.e. sexu differre debent. Societas itaq con-
jug: debet esse societas personarum sexus diversi.
Sed in idea rationis ideale et reale sunt intime
unita, seu ita, ut hac sua unione nonnisi unum
indiscernibile constituunt, quod ratio vocatur,
ideo et conjuges statum conjug: ineuntes, ut sua
unione ideam rationis visibilem reddant, ita
uniri debent, ut hac sua unione unam perso-
nam constituant. Talis autem unio diversa-
rum physicarum personarum, per quam hæ
unam tantum personam constituunt, nonnisi
per amorem et ad amorem fieri potest. In
ratione ~~autem~~ unum tantum ideale et unum
tantum reale sunt unita, ergo etiam in ma-
trimonio ut mnm sit rationis ideæ conforme
adeoq moraliter licitum, tantum unus mas,
et una femina in unionem jungi debent; quia
secus, si vel plures mares uni feminæ vel plu-
res feminæ uni mari conjugaliter jungeren-
tur, mnm tale non esset rationis ideæ conform,
nam in ratione non sunt plura, quam unum
ideale, neque plura, quam unum reale. Hanc
ob causam, ut sit moraliter licitum matrimo-
nium, mnm debet esse intima unio vincu-
lo amoris facta duarum tantum personarum
sexu diversarum cum in finem, ut hæ perso-
næ a momento unionis suæ, unam tantum
personam efficiant. Iste ergo finis matrimo-
nii, qui ex idea rationis consequentiis instar
fluit et iste est proximus finis, ut a momento
unionis suæ, tantum pers: constituant, remo-
tus autem realisatio ideæ rationis, iste enim fi-
nis non est finis matrimonii tantum matri-

monio proprius, sed omnibus actionibus hu-
manis comunis.
Hoc fini pro vero ac philosophico fini matrimo-
nii posito, illi tres superius expositi per se flu-
unt, nam si conjuges nonnisi unam personam
constituunt, tunc unus conjux quoad sortem
alterius conjugis jam indifferens esse non potest
quia si non consorteret, totidem unus alteri,
non haberet amorem erga alterum conjugem,
hæc autem unio per amorem ad amorem fie-
ri debet, Amor ipse etiam non permittet, ut
unus conjux alteri auxilium suum tum denega-
ret, quando alter hoc indigeret. Et quia hæc
unio conjugum in unam personam per amorem
fieri debet, sequitur etiam procreatio sobo-
lis, si conjuges natura sua procreandæ sobolis
capaces sunt. Procreatio sobolis est effectus
amoris, hinc si in conjugio debet esse causa, tunc
debet etiam esse causæ effectus.
Quia juncta rationis ideam in mrio tantum duæ
pers. diversi sexus juncta esse debent, quia ma-
trimonium secus adversaretur idea rationis, hinc
fluit inde corrolarium instar, mria, in quibus vel
plures mares uni feminæ (polyandria) vel plu-
res feminæ uni mari (poligamia) eodem tpre
junctæ sunt, adversari rationis ideæ et eo ipso non
esse moraliter bona. Tantum igitur monogamia
r. ideæ respondet.
Quum mrim pro ineatur, hinc quidquid requiritur
ad pri validitatem, id requiritur etiam ad mrii
validitatem, et qui pacta valida inire non possunt,
ii non possunt quoq matrimonia valida inire,

et quod validitati pactorum generatim obstat, obstat etiam validitati matrimonii. ——

Quum pm generatim per coactionem physicam fiat nullum, si coactio venit ab altero compaciscente, non autem si a 3tio quodam, inscio et non participe altero paciscente, hinc quaeritur an per coactionem psychologicam injustam extorta matrimonia tantum tunc invalida essent, si haec coactio venit ab altero compaciscente, vel etiam tunc, si a quocumque tertio venit, et si in hoc mñio consensus est extortus? E.g. Si pater minatur filiae suae, se eam virgis caesuram esse, si non nupserit Cajo.

Ratio dubitandi in eo est reposita, quod coactio psycholog: non esset ab altero compaciscente profecta, sed ab aliquo tertio, mñium itaque deberet esse validum.

Sed mñium etiam in eo casu est invalidum, si coactio psychologica, per quam consensus in mñium extortus est, venerit a 3tio quodam. Nam vinculum, quo conjuges in unionem personae jungi debent, debet esse amor, amor autem coactione ~~[illegible]~~ psychologica extorqueri nequit, mñium itaque non amore, sed metu mali physici initum caret amore, caret itaque vinculo, seu ligamine, ligamine autem deficiente, ligatio seu conjunctio est impossibilis, hinc deficiente amore, personae hae in matrimonium junctae esse dici nequeunt, deficeret et copula in rationis idea contenta. Quo ad matrimonium igitur debet fieri exceptio ab illa regula universali de pactis. ——

Potestne matrimonium iniri tantum ad certum aut determinatum tempus ita, ut hoc tempore elapso conjuges a se invicem discedere possint?

licite — tale mnm iniri non possit, tale enim mnm non esset conforme rationis ideae, nam in ratione haec unitas idealis et talis est inseparabilis, necessaria: ergo etiam in mnio unio duarum personarum diversi sexus in unam personam debet esse inseparabilis, non esset autem inseparabilis, si mnm tantum ad certum ac determinatum tempus iniretur, nam tempore hoc elapso unitas h. dissolveretur. — Ob eandem rationem mnm etiam mutuo conjugum consensu dissolvi non possit, nam ipse conjugum in dissolutionem mnii mutuus consensus repugnaret ideae rationis, nam conjuges in dissolutionem mnii consentientes vellent aliquid, quod ideae rationis repugnaret, quia vellent, ut unitas conjugum separetur, at unitas autem in rationis idea est indiscernibilis. Id autem, quod rationis ideae repugnat est illicitum, ideo immorale, ad immoralia autem jus non datur, hinc conjugibus non competit jus, mnm valide initum mutuo consensu suo dissolvendi.

Tale principium constituit imper: austriacum sequens confessionem catholicam.

Quum mnm pto ineatur, paciscentibus autem ex pto quaedam jura et offa oriantur, quaeritur, quale jus oritur conjugibus ex ~~quo~~ pto, quo mnm oritur, et in quem?

Ut haec quaestio solvi posset, debet sciri, quodnam sit pti conjugalis objm, nam ex pto oritur psario jus in objectum promissum. Objectum pti, quo matrimonium initur, est ipsa ~~ipsa~~ persona conjugum, quivis conjux alteri dat tantum suam personalitatem, pro illo altero et in ipso vivere debet, illud est sequela amoris, vinculi mnii. Ast hoc pm, quo matrimonium

initur, non est unilaterale, sed bilaterale. quia si
unus tantum conjugum personalitatem suam da-
ret alteri, quin alter vicissim daret, prior conjux
se destrueret ad instrumentum alterius, immorali-
ter ageret; pti objectum esset moraliter impossi-
bile, adeoque ptm invalidum. Adeo, ut mtm sit li-
citum, necesse est, ut uterque conjux suam totam
personalitatem alteri daret ([illegible]
[illegible].) Sed hoc personali-
tas tota debet dari alteri, quia si non tota dare-
tur, non esset personarum conjugum perfecta unio
et mtm non esset vera rationis imago. Ex eo se-
quitur, quod ex pto matrimonii quivis conjugum
adquirat jus in personam alterius conjugis.
Unde sequitur quare perfidia conjugis ([illegible]
[illegible]) h. e. ille actus, quo unus conjux erga ter-
tiam quandam personam amorem concipit, et
cum illa copulam carnalem exercet, sit juri alte-
rius conjugis adversus: conjux enim in eo alicui
tertio id dat, quod jam est totum alterius conju-
gis. Huic conjugis juri correlata est alterius con-
jugis jur. obl: hoc jus reverendi.

An et quando quomodo soc: conj: cessat?

Societas conj: oritur pto i.e. mutuo utriusque con-
sensu in id, ut conjuges hi tantum unam consti-
tuant personam. Cum soc: conj: pto oriatur,
cumque morte paciscentis ptm tollatur, hinc
etiam morte unius alteriusve conjugis, societas
conj: cessat.

Sed quaeritur, utrum vivente uno alterove conjuge
matrimonium dissolvi valeat?

Pm exigente paciscente potest dissolvi aut mutuo pa-
ciscentium consensu, si uterque paciscens suo juri
ex pto quaesito renuntiat, verum etiam potest dissol-
vi uno alterove paciscente invito, e.g. si pm ini-
tum est sub conditione quadam et conditio non ad-
impletur, quaeritur itaq an his modis exigente utroq
conjuge mnm dissolvi possit.

Imprimis quaeritur, utrum mutuo conjugum consen-
su mnm dissolvi valeat?

Juxta ppia naturae id valide fieri non potest, con-
juges enim in dissolutionem mnii inter eos va-
lide initi, jure carent, nam consentientes in disso-
lutionem mnii vellent aliquid, quod ideae ratio-
nis non congenit, quia in idea rationis est unitas
indiscernibilis, ergo etiam mnm, ut sit rationi
penitus conforme debet pariter unio indissolu-
bilis esse; qui itaque solutionem desiderat, vult
aliquid, quod ideae rationis repugnat, vult ali-
quid immorale; ad immoralia autem jus non
datur, hinc non competit conjugibus jus in dis-
solutionem mnii valide initi. —

Sed quaeritur an perfidia unius conjugis mnm dis-
solvatur?

In pto generatim perfidia unius paciscentis li-
berat alterum ab obligatione pto standi. In pto con-
jugali hoc locum non habet. Pm conjugale
p.p. demonstrata est pm bilaterale, hinc cujus-
vis conjugum promissio est conditionata, pendens
ab adimpletione promissionis alterius; in mno unus
conjux promittit altero, totam suam personalita-
tem dare, hinc si alter conjux factis suis demonstrat,
se personalitatem suam priori non dedisse, deest
sit conditio, sub qua alter conjux, suam persona-
litatem priori dare promisit, deficiente autem
conditione, conditionatum cessat. Ista facta, quibus

alter conjux demonstrat, se personalitatem suam non dedisse, est 1) adulterium (Ehebruch) nam adulter suam personalitatem 3tio dat.
Porro vinculum, quo conjuges in unitatem mnũ junguntur, est amor mutuus, hinc, si iste amor exulat, si contrarium amoris ex una vel altera Pte succedit, vinculum, quo personae in unitatem mnũ jungi deberent, deficit, deficiente vinculo conjunctio in unitatem est impossibilis, deficiente itaque vinculo id, quod ligari debuisset, non est ligatum, idem si 2) unus conjugum alterum male tractat, et ejusmodi actionibus cum excipit, ex quibus manifeste apparet oppositum amoris, vinculum mnũ deest, hinc personae, quae amore in unitatem junctae erant, vinculo deficiente dissolvuntur. —
Ob adulterium itaq. unius conjugis, ob odium invincibile et ob malam tractationem unius conjugis ab altero, juxta principia juris naturae mnm dici, solvi posse videtur.
Ejusmodi dissolutio mnũ quod in origine suo validum fuit, ex adulterio vel odio invincibili, vel mala tractatione unius conjugis subsequuta, dicitur divortium.
Divortium itaq. supponit, mnm fuisse valide initum, ast id ob subsequutas causas dissolutum esse
Ast potest matrimonium jam in origine suo nullum fuisse. hoc fit in eo casu, si pactum, quo matrimonium initur, jam tunc est invalidum, (Scheinehe) vinculum enim, quo conjuges in unitatem conjungi deberent, deest. Jam si personae mnm ineunt, quae sibi validi ineundi non sunt capaces, quia si unus alterve conjux, consentire valide non

potest, nam non habuit usum intellectus, vel consen-
sit, ast non libere, sed coactus, aut quia forte in ~~anno~~
errore essentiali in p̃o ineundo versabatur.
Movetur itaq ex loco quaestio, quomodo potest con-
jux in errorem essentialem in p̃o conjugali incide-
re?
Error essent: in p̃o est talis, qui concernit notam
obj̃i essentialem. — Objtm p̃i conjugalis sunt ip-
sæ personæ conjugum: non opes, non divitiæ, quas (essentiales)
persona possidet, sed ipsa persona, hinc si error in
ipsa conjugum persona versabatur, h. e. si con-
jux putavit, se in persona conjugis certam et de-
terminatam personam in mnm accipere, interea
autem aliam accepit, esset error essent: ~~ex~~ nam
iste error concernit notam, quia sublata aut sal-
tim mutata persona cessat esse eadem, quam con-
jux in mnio accipere voluit. Error talis posset
accidere, si mnium ineatur per mandatarium,
sicut id apud principes domum regnatricium
fit, fieri enim ibi posset, quod mandatario prae-
sentatur alia persona, ac quæ matrimonio esset
ducenda. Error hic esset essentialis et mnm nul-
lum esset, nam si unus paciscentium aut uterq
in errore versatur essentiali, p̃m est nullum. Ast
omnis alius error, qui non in personalitate fun-
datur, esset tantum accidentalis, et ideo p̃m
matr: adeoq et mnm non reddit nullum. Pona-
mus v. g. quod femina ex principum familia
nuberet alicui, quem ex nobili familia ortum
putavit, compareret autem postea, eum esse fi-
lium carnificis; iste error non esset essentialis,
sed accidentalis, nam non afficit personam,
sed qualitatem ejus non essentialem, sc: ejus no-
bilitatem, nam et homo ignobilis persona est,
dummodo itaq iste vir ille ipse est, quem femina

femina voluit, mnm erit validum.
Hoc est juxta nostras positivas regulas valet.
Matrimonio primum idea rationis perfecte manifestatur, nam in mnio omnia rationis elementa sunt externe visibilia, tam ideale, quam reale est visibile, nam et mas et femina sunt entia rationalia, ideale et reale, quo ad substantiam sunt identica, destinatione tantum differunt, mas et femina utrumque est ens r., tantum sexu suo differunt.
Est in ratione est adhuc tertium elementum, ui copula, hæc copula in mnio est amor conjugalis, amor est sola sensio, hinc intra parietes pectoris amantis conjuges latet, ast si amor in prole procreata versatur, hoc tertium rationis elementum etiam in mundo externo fit visibile et amor conjuges, eorum proles in unum jungit, hæc trinitas tertia est visibilis divinitatis effigies. Dissoluto mnio tantum tristes illius effigiei supersunt partes. In mnio summus creationis finis est obtentus, nam summus matrimonii finis est summa moralitas, hæc autem tunc obtinetur, si sensualitas cum ratione harmoniter consentit et iste consensus spontaneus esse debet. Si homo extra matrimonium virtutem exercet, hæc virtus est victoria rationis super sensualitatem, non spontanee id fit, sensualitas debet cogi: in mnio autem conjux promovet felicitatem alterius conjugis libens, non est apus eum ad id necessitare, sua sponte devovet se totum ad bonum alterius conjugis. Idem ipsum valet de amore parentum erga proles; omnes curas et labores ferunt libenter non coacti. In matrimonio igitur sensualitas et ratio amicas sibi porrigunt palmas, hic est summa harmonia

37
99 289

Jus naturæ.

Mihi ~~[struck-through name]~~

Dum Ptum generatim per coactionem physicam fiat nullum, si coactio venit ab altero compaciscente non autem si a 3tio quodam, iustio est non participasse altero paciscente, hinc quaeritur an per coactionem psychologicam injustam extorta matrimonia etc.

In matrimonio igitur sensualitas et ratio amicas sibi porrigunt palmas, hic est summa harmonia inter sensualitatem et rationem, quae erat ultimus finis creationis, mnium dici potest, corona creationis.

Estne homo obligatus mnium inire?

Dum matrimonium, sit summa rationis in hoc mundo realisatio, ens r. autem ad realisandam in hoc mundo R. ideam obligatur, ergo etiam ad mnium ineundum obligatur, nam obligatus ad finem, non potest non obligari etiam ad media. —

Estne autem hoc obligatio tantum ethica, vel forte etiam est juridica?

Hanc obligationem esse ethicam exinde patet, quod moralis necessitas matrimonii ineundi ex natura rationis consequentiis instar influit, homo itaq obligatur ad mnium idea rationis, seu lege ethica, obligatio itaq hoc est obligatio ethica.

Esse autem hanc obligationem, mnium ineundi, etiam juridicam, id sustineri nequit, nam 1.) mnium ptô initur nemo autem ad aliquod ptum ineundum juridice obligatur. 2.) Si hoc obligatio esset jur. deberet ab invito per vim extorqueri posse, coactio tantum contra laedentes juste adhiberi potest, qui vero mnium tale non init, neminem per id laedit. —

Hanc obligationem quamvis sit ethica, universalem esse affirmari nequit, hoc enim obligatio est positiva, hinc supponit certas jam internas, qm externas conditiones, hinc si quae harum conditionum in certo quodam individuo deficit, individuum hoc ad ineun-

eundum mrim̃ obligari nequit, nam deficiente condi-
tioni etiam conditionalium cessare debet. Interne con-
ditiones sunt certae vires physicae externae certus fundus
sustinendi prolem natam et uxorem: ino homo
apud quem hae conditiones non adsint, obligatur
a mrio ineundo abstinere, nam si non abstine-
ret a mrio et id iniret, tum et se et personam
cum qua matrimonium init, infelicem redider-
et, quum tamen ei concedendum est personae
mrio sibi junctae felicitatem omnibus viribus
pulchro connatu promovere. —

De societate parentali.

Ut matrimonium sit perfecte visibilis rationis ima-
go, requiritur, ut etiam copula, per quam conjuges in
unitatem junguntur, reddatur visibilis et hoc fit
per procreationem sobolis. Sobole procreata ori-
tur nova relatio inter procreatam sobolem et
ejus genitores, ex qua relatione nova oriuntur ju-
ra novaque officia.

Haec relatio inter parentes et prolem ab iis procre-
atam dicitur societas parentalis.

Ast immerito ita dicitur, nam societas pō oritur,
inter parentes autem seu genitores et prolem natam
nullum tale pm̃ intercessit, nec intercedere potest,
et potuit. — si enim haec relatio pō originem
haberet, deberet initum esse, antequam proles
in lucem edita est, pm̃ igitur tale, iniri non potuit.

Unde nam offa, quae ex nova hac relatione oriun-
tur, cognosci queunt?

Principium horum cognoscendorum officiorum
est illa ipsa ratio (die nämliche Vernunft), quae
fuit principium cognoscendarum obligationum, homi-
nem solum matrimonii ineundarum. Ratio hu-

jus principiū est obligatio hominis generalis, rationis i„
deam activitate sua in hoc mundo realisandi, ut
itaq per matrimonium rationis idea, in hoc mundo
visibilis reddatur, necesse est, ut in mūio omnia
rationis elementa sint visibilia. Ideale et reale
elementa rationis visibilia fiunt, per personas
conjugum, est utriusq copula, quę est pariter
elementum rationis per solum amorem conju„
gum in hoc mundo externo non fit visibilis, nam
amor est sensio, et sensiones latent in pectore sen„
tienti. hoc copula tunc demum visibilis evadit,
si amor per prolem genitam realisatur. Sed
ut per prolem ratio ipsa visibilis reddatur, id
non aliter fieri potest, quam prolis activitate
in hoc mundo exercenda. quęlibet enim vis ac„
tivitate in hoc mundo manifestatur, hinc eti„
am idea rationis et in specie copula per prolem
in hoc mundo externo manifestabitur, si proles
in hoc mundo externe activa fuerit. Sed ut per
hanc activitatem prolis copula idealis et realis
in hoc mundo manifestetur, necesse est ut prolis
activitas prę=se=ferat seu in se perfectam rati„
onis effigiem, seu necesse est, ut sit rationi perfecte
conformis.
Hoc activitas prolis per quam ratio in hoc
mundo manifestari deberet, debet esse activitas
extrorsum tendens, per activitatem mere in„
ternam idea rationis tantum in conscientia sub„
jecti agentis, non autem in mundo externo ma„
nifestatur. Activitas autem entis r. externa
voluntas est tantum igitur activitate volunta„
tis prolis, idea rationis in hoc mundo manife„
stari poterit. Sed voluntas sine cogitatione ob„
jecti volendi est impossibilis, hinc, ut proles in
hoc mundo externo activum esse queat, necesse
est, ut intellectus ejus necessariis cogitationibus
sit imbutus. Hoc necessitas est obligatio moralis,

nam fluit consequentia instar ex idea rationis. Obligantur itaq parentes imbuere intellectum prolium suarum necessariis cognitionibus.
Ast voluntas in objã externa tantum mediante corpore exerceri potest, ideo necesse est, ut corpus prolis servetur in statu sanitatis, utq corpus ejus aptum reddatur conceptibus activitate sua realisandis cooperare. Hæc necessitas constituit parentum oblim curandi, ut prolium existentia in corpore conservetur, utque corpus earum aptum reddatur realisandis conceptibus ab activitate prolium proficiendis.
Conservari autem existentia prolium in corpore nonnisi victu et amictu potest, hinc oritur necessitas procurandi prolibus victum et amictum, quæ necessitas parentibus pariter obligationem constituit suppeditandi prolibus necessariam alimentationem et necessaria vestimenta.
Ex fundamento, in quo obligatio mnm incumbendi fundatur, oriuntur parentibus erga proles offa corporis prolium vires et vires animi extollendi, quod fit victum et amictum necessarium suppeditando. Hæc offa simul sumta constituunt educationem, hinc omnia offa parentum erga proles possunt reduci ad unum offm. Prolem educandi. His officiis sq necessitatibus moralibus inest possibilitas seu jus, hinc hisce officiis erga proles parentum, correspondent totidem jura, quæ omnia possunt reduci ad unum jus si: jus prolem educandi.
Hæc autem educatio non debet fieri ad comodum parentum, sed in bonum prolis. Etiam hoc jus sicut quodvis jus, fine suo limitatum est, hinc non potest extendi ultra finem. Parentes ideo edu-

am habens jus, prolem castigandi; nam habentes jus ad finem, non possunt non habere jus ad media; ad hunc finem, si persuasiones non juvarent, nil superest, quam medus utendi coactivis ad praestandam parentibus prolium obedientiam.

Complexus horum jurium, quae parentibus competunt et obligationum eorum, erga proles constituit potestatem parentalem /: elterliche Gewalt: / quae potestas aeque ac jura eam constituentia sunt tantum media ad educationem prolis seq. finem, hinc parentes jure non gaudent, hanc potestatem ultra finem suum extendere, et omnis usus finem potestatis excedens est jam hujus potestatis abusus. Quia haec potestas parentalis est medium ad educationem seq. finem, sine hoc obtinto ptas parentalis in prolem cessat, nam ratio, quare haec potestas parentibus competit, est reposita in parentum obligatione educandi proles, potestas porro est rationatum, cessante ratione, cessat rationatum. Cessat autem ratio educatione finita, ergo etiam educatione finita potestas parentalis debet cessare.

Necessitas autem prolem educandi, fundatur in imbecillitate /: in Unvermögen der Kinder: / propriis viribus intellectum et corpus suum excolendi, et alimenta (victum et amictum) sibi procurandi; hinc in ea ratione /: in dem Verhältnisse: / prout ipsa imbecillitas diminuitur, diminuitur etiam potestas parentalis. Quamprimum igitur proles, eum jam aetatis gradum adipiscuntur, ut ipsi jam intellectu suo et viribus corporeis s. uti queant, cessat ratio potestatis parentalis. Ipsud momentum, quo proles eam tam corporis, quam intellectus adipiscuntur maturitatem, ut ipsi his viribus uti pos,

sunt, vocatur majorennitas (: Volljährigkeit:) A nativitate usque ad hoc momentum durat minorennitas. (Minderjährigkeit.) Majoritate prolis succedente cessat potestas parentalis. Illud autem tempus, quo minorennitas cessat, et majorennitas incipit, pro diversitate climatis, educationis, societatis, in qua proles versantur, vivendi modi, temperamenti, etiam diversum est. Ita sub zona frigida tardius maturescit hominum intellectus, quam sub zona calida; si proles conversantur cum hominibus prudentibus, conversatione hac cogitantes prudentium prolibus communicantur et intellectus citius potest, quam illius, qui aut nulla tali conversatione gavisus est, aut admodum exigua, excoli. Imo pro diversitate sexus maturitas virium humanarum est diversa. Multo prius maturescant in femina, quam in marito.

Suntne officia parentum erga proles tantum mere ethica vel utrum etiam juridica?

Nota. Quod juxta legem positivam civilem haec officia sunt juridica, hoc testantur codices legum civilium, et in cogitatibus a parentibus, qui officiorum suorum sunt immemores, per coactionem extorqueri possunt. Sed quaeritur an etiam juxta jus naturae juridica, vel tantum mere ethica sint.

Quod haec officia sq consequentiis fluentes ex idea rationis sint ethica, dubio non succumbit, utrum autem sint et juridica de eo doctorum opiniones non consentiunt. Nec dessunt, qui contendant, etiam talia parentum officia juridica esse: nobis autem contrarium placet, quia nullam habemus rationem, sustinendi haec juridica esse. Si enim haec officia essent juridica, deberent esse juridica vel ex sola lege vel ex facto quodam.

Sed sola lege efficiã, hæc parentibus imposita est,
se dici nequeunt, nam offa juridica, ~~nam offa juridica~~, quæ ex sola lege jur: ex sola natura ra„
tionali, hinc omni progresso facto imponun„
tur, sunt mere negativa, sc: offa, non lædendi
alios, hæc autem parentum offa sunt adfirma„
tiva, sc: positio actionum quærendarum in com„
modum prolium. Sed etiam in facto quodam
ratio horum officiorum quæri nequit; factum
tale, in quo esset reposita ratio, quare hæc of„
ficia inter juridica reponenda essent, deberet
esse aut factum unilaterale, aut bilaterale.
Factum unilaterale, ex quo homini hanc acti„
onem ponenti offm oriretur, est tantum læsio,
quia ex læsione lædenti oritur obligatio læso
damnum resarciendi; factum autem bilate„
rale est pm. Si itaq hæc offa parentum er„
ga proles essent juridica, et ratio, quare sint
juridica, in facto reponi deberet, ratio ho„
rum officiorum deberet esse aut læsio aut pm.
Ast inter parentes ex una pte et inter prolem
ex altera pte læsio locum non habet, neq pm.
Si enim cogitamus procreationem prolis, hic duo
facta cogitantur, unum factum est bilaterale sc:
matrimonii factum, quo parentes se amore in u„
nitatem personæ cum in finem jungunt, ut
proles procreent, factum autem unilaterale
est actus procreationis (: der Erzeugungsakt:)
i.e. ille parentum actus, quo prolibus existen„
tiam dant. Si itaq hæc officia deberent esse juri„
dica, ratio, quare sunt juridica, deberet reposita
esse, aut in pto conjugali, aut in actu procreationis.
In pto conjugali ratio hæc reposita esse nequit, nam
hoc pm. tantum inter parentes ipsos initum est, non
autem inter parentes et proles; inter parentes et pro„
les iniri non potuit, nam proles tum, non existebant.

Pm autem tantum parentibus jura et obligatio-
nem parit, nemini ~~[illegible]~~ alio, hinc ex ipso pacto con-
jungali jura et officia tantum conjugi erga conju-
gem oriuntur, ast non erga proles; proles autem
in hoc pm non intravit, hinc jus ei oriri non po-
test, et quum juri ex una parte, correlata est jur. o.
e. a. p. proli nulla obligatio oritur. Sed neque
ex actu procreationis potest oriri parentibus of-
ficium erga proles. 1.) ideo, quia si in hoc actu
esset ratio, quare parentibus oriri deberent offa
erga proles reposita, ideo reposita esse deberet,
quia hoc factum deberet esse læsioni prolium nam
ex facto unil: jus tantum ex læsione oritur, sed ipso
actu procreationis prolium, proles non læduntur,
nam ut aliquis facto per alterum possit lædatur
necesse est, ut læsus existat in hoc mundo, fac-
tum autem, quo proles procreatur est causa, exi-
stentia prolis est effectus, effectus causam prœce-
dere non potest, hinc prolis existentia, non potest
procedere ejus procreationem, seu rationem exi-
stentiæ, inter actum procreationis prolis non exi-
stit, hinc non potest lædi. —
2. Parentes actum procreationis ponendo, tan-
tum suo jure utuntur, qui autem suo jure uti-
tur, neminem lædit. Offa ergo parentum erga
proles non sunt juridica. justa jus naturæ
Alii, qui sustinent, offa par: erga p. esse juri-
dica, rationem assertæ sui in eo reponunt:
Ipse parentum actus, per quem proli existenti-
am dant, est læsio, nam per hunc actum proles re-
posita est in hunc imbecillitatis statum, in quo
existit, proles non rogavit, ut sibi existentia da-
tur, sed sine scitu et voluntate sua producta est,

et educta per unitat: factum parentum, in hunc
miseriæ statum. parentes itaq tq causa hujus
status obligantur prolem ex hoc statu eripere. —
R: Ut prolem per hunc parentum actum læsum
esse, verum non est, nam 1) verum non est, quod
parentum actu in hunc imbecillitatis statum po„
natur, sed natura causa est, quare homo imbecil„
lis nascatur et 2) et si per hunc actum parentum
proli injuria esset facta, per id, quod in tam im„
becillem statum sit reposita, adeoq si per hunc
parentum actum proles se revera læsa esse dici
potest, sequeretur inde obligatio parentum proles
indemnes reddendi, nam ex actu læsionis tantum
jus ex pte læsi oritur, resartionem postulandi,
et ex pte lædentis correlata obligatio indemnem
reddendi læsum; jam autem aliquem indemnem
reddere, significat eum restituere in illum statum
in quo ante læsionem fuit, hinc si actus procreatio„
nis esset læsio prolium, orietur parentibus of„
ficium, restituendi proles in illum statum, in quo
fuerant ante suam existentiam tq ante procre„
ationem, iste status est status non existentiæ, hinc
si ista proli procreatio esset ejus læsio, hoc ab„
surdum inde sequeretur parentes jure obligatos
esse, hanc prolis existentiam tollendi et reponendi
in statum non existentiæ i: e parentes juridice
obligari prolem necandi:
Approbata solo jure naturæ hæc officia sunt
ethica tantum. Et non fuisse videtur naturæ neces„
sarium concedere, ut adimpletio horum officiorum
a parentibus per vim extorqueretur, partim
ideo, quod natura jam cor parentum ita con„
stituit, ut coactio non sit necessaria, nam insi„
tus est parentibus amor erga prolem, quum hæc
offa in amore fundantur, amor autem p. vim ex„
torqueri nequit. Hæc offa ergo sunt mere ethica.

De societate civili
agit jus naturæ privatum, de quo serius. —
Autor tractatûs juris naturæ, qui est finitus, adnectit
appendicem de mediis a ratione concessis conser„
vandi jura nostra. —

De ~~mediis~~ mediis a ratione conces„sis jura conservandi nostra seu transitus ad jus naturæ publicum, jus civita„tis et gentium.

Ratio concedens homini jura sine contradic„
tione non potest non concedere ei media ad jura
hæc conservanda necessaria. Ex hisce mediis
præsertim ex eorum natura apparet necessitas
civitatum, quare tractatus de mediis a. r. c.
j. n. c. constituit transitum a jure nat. pri„
vato ad jus naturæ publicum.
Ut entia r. non tantum existentiæ suæ, verum
etiam suæ in volendo libertatis conscia fiant,
necesse est, ut sibi coexistant, nam conditio
acquirendæ suæ in volendo libertatis est postu„
latio ab uno ente facta, ad aliud dirigenda, hu„
jus autem conditio est coexistentia entium r.;
coexistentia autem e^{m} r^{m} sq e^{m} in volendo
liberorum seu sq personarum, pendet ab obser„
vatione legis juridicæ, stricta igitur observatio
legis juridicæ est conditio possibilitatis reali„
sandi concessum e^{m} r^{n}, sq entium in volen„
do liberorum, seu sq personarum, unicum autem
medium a ratione concessum, observationem
legis juridicæ manutenendi, est jus cogendi, ratio igi„
tur ad efficiendum, ut e^{a} r^{a} sibi coexistentia legem

~~Jus comminationis~~
Jus puniendi homini in statu
antecivili competit, quia ad
omnia jus habet, quibus neminem
lædit /neminem in prosequendis
licitis finibus impedit./ ast jure
puniendi scilicet comminatione
malorum sensualium neminem
lædit quia tunc tam ex quo [primum] lio
ne dat quando ab alio homine
est læsus, quando erga jus ad id habet.
Media ad jura nostra conser„
vanda sunt aut coactiva,
aut coactionis experitia
Ad priora pertinet jus puni„
endi, jus cogendi; ad posteri„
ora ~~[illegible]~~ comminatio vel edi„
am occlusio ~~[illegible]~~ /: Versper„
rung :/
De jure puniendi idem notan„
dum quod de jure cogendi
simul quod utrique impe
dimento est naturalis e. r.
independentia
Jus puniendi est comminatio
pœnæ /: malorum sensualium :/ pro eventu certæ condi
tionis, /: e. g. læsionis juris
alicujus :/ et subsequuta hac
conditione exequatio hujus
pœnæ sive comminationis
Jus puniendi a jure cogendi in
eo differt quod prius pro fu„
tura læsione, posterius pro læ
sione jam consummata pœnam
statuit conveniunt autem in eo
quod ambo conservationem jurium
pro fine habent.
Comminatio est quasi medium co„
activum nam impedit hominem
in sua libertate, ast in illicita
sc. læsione
Mala sunt ea quæ e. r. bonis [omnia] suis

juridicam observent, i.e. ut in exercenda sua legitima libertate eum observent limitem, quo hoc eorum libertas per legem juridicam est circumscripta, unicum medium concessit, jus cogendi.

Videamus autem an et in quantum exercitium juris cogendi in statu antecivili h.e. in statu e. r. qui esset, si nulla civitas esset, et quivis jure suo connato independentiae gauderet, sit possibile et si est possibile, utrum per illius exercitium lex juridica manuteneri queat?

1.) Conditio, a qua dependet ortus juris cogendi est defectus unius e. r. sibi coexistentium, jura alterius reverendi signis indubitatis manifestatus.

Sed signa ipsa, quibus ipse defectus voluntatis unius entis r. jura alterius reverendi, indubie manifestatur, est laesio juris alieni scienter facta. Reverentia enim jurium alienorum est actus voluntatis, voluntas autem cognitionibus regitur, ideo ad actualem jurium alienorum reverentiam requiritur, imprimis jurium horum scitus. At praeter hunc etiam requiritur sincera voluntas, illa reverendi. Si itaque in ente quodam rationali unum horum duorum requisitorum adest, reverentia autem horum jurium tamen deest, quod ex opposito horum jurium reverentiae sc: ex illorum irreverentia apparebit, manifestum est, deesse in ente r. alterum horum requisitorum sc: voluntatem sinceram, hoc jura reverendi. Ut itaque ex parte alicujus entis r. sit jus cogendi, aliquod e. r. indubie prius determinari debet, adesse conditionem, a qua dependet ortus juris cogendi, sc: adesse laesionem juris alterius entis r. ab altero ente r. commissa.

Determinatio autem, utrum adsit laesio juris ab altero ente r. commissa pendet a decisione seu a judicio utrum 1) id, in quod e. r. se ab altero laesum conqueritur, jus ejus fuerit. 2) an revera in hoc

suo jure ab altero læsum sit.
Ista autem decisio utrum in id, in quod e. r. ab altero læsum se conqueritur, tantum judicando cognosci possit, nam generatim jus ejusq extensio tantum judicando et quidem concludendo cognoscitur, quæritur itaque, cuinam in statu antecivili jus erit decisive judicandi, an in id, in quod unus ab altero læsum conqueritur, jus ei fuit.
In statu illo antecivili, ob cuivis jus independentiæ a judicio alieno e. r., quod se in jure suo ab altero læsum esse conqueritur, non est juridice obligatum, hacin re sequendi judicium aliorum, sed ob connatum sibi jus independentiæ jure gaudet, hac in re suum tantum sequendi judicium, jure ergo gaudet agendi judicium in propria causa, quia si in hac re sua se deberet conformare judicio alteri us, dependet ab hoc altero, quod repugnat connato juri independentiæ a. v. a. Si itaq istud ens r. quo se læsum esse conqueritur, in suo judicio invenit, sibi in id, in quod ab altero se læsum esse conqueritur, jus fuisse, tunc habebit jus, juxta suum hoc judicium ulterius concludendo judicandi, se in hoc jure ab altero læsum esse, consequenter jus habebit judicandi, sibi jus esse exercendi contra hoc alterum ens r. jus cogendi.
Sed hoc illius judicium tantum pro illo ipso constituit normam agendi, non autem pro aliis entibus rationalibus, consequenter non pro illo altero ente r. a. quo læsum esse se existimat, nam illud aliud ens r. etiam gaudet jure independentiæ. Et illud ob hoc jus non obligatur agnoscere alium, quam se ipsum suarum actionum judicem. Gaudet itaq pariter jure judicandi, utrum in id, in quod se læsus conqueritur, eidem jus sit, si itaq istud alterum e. r. in suo judicio invenerit illud prioris entis